

TEXTUS

Conspectus abbreviationum

abbrev. abbreviatio/abbreviazione

add. addit/addunt

adi. adieci

com. conieci

corr. correxi

del. delevi

om. omittit/omittunt

Incipit Rubrica Strigoniensis.

Et primo in Adventu Domini.

NOTA, RUBRICA DE ADVENTU DOMINI. Et primo, quando debeat incipi antiphona de Adventu, videlicet *A diebus antiquis*. Et ista antiphona *A diebus antiquis* debet incipi die sabbati proxima ante Adventum Domini, et cantatur per totum Adventum.

Item: Plura suffragia non debent fieri per totum, nisi de beata Virgine et dominicale et de omnibus sanctis. Similiter in missa diei dominicæ Adventus Domini debent fieri tres collectæ tantum, scilicet prima de dominica semper, secunda de beata Virgine et tertia de omnibus sanctis. **Item:** Gloria in excelsis non dicitur in dominicis diebus Adventus Domini. Sequentia *Mittit ad Virginem* usque ad Nativitatem Domini omnibus diebus dominicis dicitur. **Item:** Credo dicitur. Præfatio cottidiana dicitur. **Item:** Ite missa est non dicitur, nisi debet dici Benedicamus omnibus dominicis diebus Adventus Domini. **Item:** Matutinis Adventus Domini dicuntur istæ antiphonæ ad primam partem nocturni. Antiphona prima: *Hora est*. Ad secundam partem nocturni antiphona: *Scientes quia*. Ad tertiam partem nocturni: *Nox præcessit*. **Item:** Ad primum responsorium in matutinis dicitur « Gloria Patri », et repetitur responsorium post versus secundario. Sed ad tertium responsorium iam « Gloria Patri » non dicitur.

Item: Ad sextum et ad nonum responsorium « Gloria Patri » dicitur, et nonum responsorium repetitur secundario propter Te Deum laudamus, quia in Adventu Domini Te Deum non dicitur. **Item:** Versiculi in Adventu Domini dicuntur isti. Primus: *Egrediatur virga*, secundus: *Egrediatur Dominus de loco*, tertius: *Ex Sion species decoris*, /1^v/ quartus: *Emitte Agnum*. **Item:** Ad primam dominicis diebus semper in Adventu Domini, sive oramus proprias laudes, sive non, ista antiphona debet dici: *Bethlehem non es minima*. **Item:** Responsorium ad primam in Adventu Domini sive dominicis diebus, sive ferialibus, dicitur sic: *Christe Fili*, versus: *Qui venturus es in mundum*. Versiculus: *Emitte < mundum > Agnum*. Ad tertiam antiphona: *Hora est*, ad sextam: *Scientes*, ad nonam: *Nox præcessit*, quæ antiphonæ dicebantur ad psalmos nocturnales. **Item:** Die dominico Adventus Domini ad secundas vespervas dicuntur antiphonæ ad psalmos vespertinos de laudibus et responsorium nonum. **Item:** Nota, in Adventu Domini sabbatis diebus, quando vespere secundæ alicuius festi leguntur, tunc nullum suffragium dicitur, sed simpliciter cum sua collecta festi vespere, quando secundæ, finiuntur. **Item:** In die dominico Adventus Domini de beata Virgine hora cottidiana non legitur, sed sabbato proxima ante Adventum Domini cottidiana hora beatæ Virginis

Nota. [1. a]

cum matutino et omnibus horis, primis et secundis vespers, et completorium perficitur. **Item:**

IN ADVENTU DOMINI, QUANDO DE SANCTIS TENETUR, videlicet de sancto Andrea, de sancta Barbara, de sancto Nicolao, tunc nullum suffragium debet fieri plus, nisi de dominica et omnibus sanctis, post orationem diei festi. Similiter in missa et in secundis vespers. **Item:** In Adventu Domini, quando de sanctis servatur ferialibus diebus, tunc Te Deum, Gloria in excelsis, Ite missa omnia dicuntur. **Item:** Ut superius dictum est, qui versiculi dominicales ad psalmos nocturnales dicebantur, idem versiculi debent dici ad horas parvas dominicæ pro responsorio dominicis diebus. **Item:**
/2/

IN DIEBUS FERALIBUS, quando enim feria servatur, tunc his diebus ferialibus matutinum cum laudibus ferialibus, vespers, et cum suis antiphonis propriis ferialibus in psalterio continentibus debent legi. **Item:** In eodem ferialibus.¹ In Adventu Domini antiphonæ ferialis, quæ sunt post psalmos nocturnales, eadem² antiphonæ debent legi post eosdem psalmos nocturnales. **Item:** Hymnus ad vespers tam dominicales, quam ferialis: *Conditor alme*. Ad laudes hymnus: *Vox clara*. **Item:** Antiphonæ ad Benedictus et ad Magnificat dicuntur semper dominicales, si in diebus feriis propriæ antiphonæ in ordine breviarii non existunt. **Item:** Diebus feriis in Adventu Domini post orationem dominicalem dicitur suffragium de beata Virgine, et si iterum de aliquo festo illo die occurrerit, vel de alio octavas habente occurrerit, debet de isto fieri suffragium, et ultimo de omnibus sanctis. **Item:** Diebus feriis, quando feria servatur, sive habeamus proprias laudes, sive non, antiphona ad primam dicitur *Salvatorem expectamus*. Ad tertiam antiphona: *Veni et libera*. Ad sextam antiphona: *Tuam Domine*. Ad nonam antiphona: *In tuo adventu*. **Item:** Responsorium feriale ad tertiam: *Veni ad liberandum*. Versiculus: *Timebunt*. Ad sextam responsum: *Ostende nobis*. Versiculus: *Memento nostri*. Ad nonam responsum: *Super [te] Ierusalem*. Versiculus: *Domine Deus virtutum*. Similiter ad nocturnos ferialis isti versiculi dicuntur, videlicet: *Timebunt* vel *Memento*, aut *Domine Deus*, aut *Vox clamantis*. Et ista prædicta omnia solum feriis diebus dicuntur. **Item:** Etiam his diebus ferialibus capitula et orationes dicuntur semper dominicales. Similiter antiphona ad Benedictus et ad Magnificat dicuntur dominicales, si in feriis, ut /2'/dictum est superius, propriæ feriæ antiphonæ in ordine breviarii non existunt. **Item:** Etiam omnibus diebus ferialibus in Adventu Domini ad missas ferialis cantatur Alleluia, et finitur tota sua nota ultimo loco sequentiæ, quia sequentiæ diebus ferialibus non dicitur.

¹ Sic. Malim: *feriale* vel *feriali*

² Sic. Malim: *eadem*

Dominica tertia in Adventu.

Item: Nota, DE TERTIA DOMINICA IN ADVENTU DOMINI. **Item:** Sabbato proximo ante tertiam dominicam Adventus Domini incipit antiphona, scilicet *A diebus Ioannis* ad Nunc dimittis, et cantatur omni die ad Nunc dimittis usque ad vigiliam Nativitatis Domini. **Item:** Notate, quando horæ cottidianæ beatæ Virginis debent incipi. Nota, primæ horæ beatæ Virginis incipiunt secunda feria proxima post dominicam primam Adventus Domini, scilicet *Ad te levavi*. Sed melius mihi videtur: prima die dominica prædicta primas vespertas beatæ Virginis de sero perlegi debent. **Item:** Notandum, quod per circulum anni omnibus diebus sabbatis secundum chorum Strigoniensem homelia legitur, et taliter, quod in Adventu Domini feria sexta ante sabbati diem dicitur antiphona *Angelus ergo dixit* et quinque *Laudate*, capitulum et oratio cum hymno. Sed sabbato in matutinis dicitur homelia, videlicet *Missus est Gabriel*. Et ista homelia de æstate dicitur: *Loquente Iesu ad turbas*. **Item:** Simili modo de Resurrectione Domini legitur homelia *Stabant iuxta crucem*. **Item:** Simili modo intellige de Nativitate Domini, et homelia de Nativitate dicitur *Pastores loquebantur ad invicem*. Et hoc, exceptis aliquibus propriis antiphonis ad Magnificat, responsoriis, hymnis, capitulis et collectis in vespertis et in matutinis, /3^r/ talibus homeliis prædictis ibi proprie convenientibus seu pertinentibus. **Item:** Sciendum, quandocumque simplices tres lectiones beatæ Virginis leguntur, tunc debet legi ante lectiones ista, videlicet: *Precibus et meritis*. Sed quandocumque homelia legitur sive beatæ Virginis, sive alicuius sancti aut de dominica, semper ante homeliam debet legi hæc, videlicet: *Exaudi Domine Iesu Christe*, ut supra, et hoc per totum annum. **Item:** Notandum, quod quandocumque *O decus* servatur, tunc in missa prima collecta dicitur de beata Virgine, secunda de Sancto Spiritu, tertia de dominica vel <vel> de aliquo sancto, aut de pace dicitur. **Item:** Nota, quod ubicumque fuerit proxima littera dominicalis ad secundo Kalendas Decembris, ibi imponitur Adventus Domini. Et si in ipsis Kalendis fuerit littera dominicalis, Adventus Domini servatur ibidem. **Item:** Sciendum est, quod sive Adventus Domini habeat tres hebdomadas, sive quattuor, semper quattuor tempora celebrantur in tertia hebdomada. **Item:** Notatur

DE QUATTUOR TEMPORIBUS. Et primo ante Nativitatem Domini, ex quo ista quattuor tempora habent specialia capitula et orationes ad omnes horas, et sub eadem conclusione, sed antiphona de dominica. Postea suffragium de beata Virgine et omnibus sanctis. Sed in secundis vespertis quattuor temporum capitulum dicitur de dominica præcedenti. Responsorium: *Festina ne tardaveris*. Ratio est ista, quia, si adhuc dies crastina, ex quo quattuor temporum, adhuc de sancto, in secundis vespertis capitulum cum collecta dicitur de dominica. /3^r/ Similiter sexta feria dicitur istud responsorium: *Festina*. **Item:** Preces dicuntur in omnibus horis absque secunda vespera,

De horis beatæ Virginis. [4.]

Nota bene. [4.]

De quattuor temporibus. [4.]

Nota, quando preces [debe]nt servari. [1. a]

quia in iis vesperis non leguntur preces ideo, quia illi duo psalmi, videlicet *De profundis* et *Domine exaudi* ultimum, pertinentes pro secunda vespera et completorium, perficiuntur in nona. **Item:** In quattuor temporibus sancti Michaelis archangeli una cum precibus, necnon capitulis et collectis suis propriis absque secunda vespera in omnibus horis suis, intellige secundum dicta **præalligata** de quattuor temporibus Nativitatis Domini, quod in secundis vesperis ipsius dicitur capitulum *Dominus autem dirigat*, et preces similiter exspirabunt in nona. **Item:** In quattuor temporibus post festum Pentecostes et in quattuor temporibus sancti Michaelis et <et> in quattuor temporibus Nativitatis Domini post preces septem psalmi pro defunctis non leguntur, quemadmodum legebantur in ieiunio, quia hos chorus Strigoniensis non consuevit legere, nisi in ieiunio. **Item:**

DE DOMINICIS IN³ ALIIS FESTIVITATIBUS inter *O sapientia* occurrentibus antiphonæ ad Magnificat de *O sapientia* non dicuntur, sed dicuntur propria antiphonæ illius dominicæ vel festivitatis<bu>s cum suis collectis, excepto sancti Thomæ Apostoli, quia idem festum habet antiphonam propriam de *O sapientia* ad Magnificat, scilicet *O Thoma*. Sed diebus ferialibus et sabbatis ab *O sapientia* incipientibus usque ad vigiliam Nativitatis Domini antiphonæ ad /4⁴/ <ad> Magnificat dicuntur de *O sapientia*, et antiphonæ feriales, postquam incipiunt antiphonæ de *O sapientia*, semper omittuntur. **Item:** Sciendum

DE⁴ SANCTO THOMA APOSTOLO, ex quo festum ipsius accidit una cum vigilia sua et quattuor temporibus, vel in medio quattuor temporum, tunc, finita lectione ultima sancti Thomæ sine « Tu autem », statim legi debet homelia quattuor temporum, concludendo ad homeliam sancti Thomæ uno « Tu autem » et cum ultimo responsorio sancti Thomæ. Similiter, finita oratione sancti Thomæ, concludendo sollemniter cum Benedicamus Domino, statim antiphona de quattuor temporibus vel de vigilia debet legi. Deinde leguntur preces cum psalmis. His finitis, sequitur oratio de feria vel vigilia aut de quattuor temporibus, sed inter istas orationes nulla antiphona debet mediare. **Item:** De beata Virgine nullum suffragium, nisi debet dici de dominica et de omnibus sanctis, et finitur cum Benedicamus Domino feriale. Et hoc intellige de omnibus festis sollemnitatibus, quæ occurrunt in quattuor temporibus vel in vigiliis sanctorum. **Item:** Debet fieri suffragium de *O sapientia* in vigilia sancti Thomæ, excepto dominica die, sed sabbato dicitur. **Item:** Notandum,

DE IMPOSITIONE LAUDUM ante Nativitatem Domini. Primo dicitur sic, quod quandocumque Natalis Domini venerit die dominico, tunc Adventus Domini celebratur per quattuor hebdomadas integras, et laudes *Prophetae sancti* imponuntur quarta feria tertia hebdomada propter festum sancti Thomæ, quod occurrit post octavas diei. **Item:** Laudes *Dicite pusillanimes* imponuntur sabbato tertia hebdomada propter vigili-

Nota de fest[o] sancti Thom[æ]. [1. a]

Nota, quando laudes debent imponi. [1. a]

Die dominico. [1. c]

³ Sic. Malim: *vel*

⁴ Orig. del.: *festo*

am Nativitatis Domini. **Item:** Antiphona *O sapientia* imponetur feria sexta tertia hebdomada. **Item:** Si Natalis Domini /4^r/ venerit secunda feria, tunc laudes *De Sion* imponentur feria quinta secunda hebdomada propter festum sancti Thomae Apostoli, aliae vero laudes imponentur in tertia hebdomada diebus eis appropriatis. Et antiphona *O sapientia* imponetur sabbato secunda hebdomada. Et tunc vigilia Nativitatis hoc modo celebratur. Prima vespera primo sabbato cantentur de dominica cum responsorio, videlicet *De illa occulta*. In matutino autem invitatorium dicitur de vigilia Nativitatis, et primae duae antiphonae ad psalmos et sex lectiones et <ad> sex responsorium⁵ dicuntur de dominica. Tertia feria⁶ antiphona cum tribus responsoriis et laudibus et capitulo, necnon collectis hoc toto officio nocturno et diurno praeter Alleluia, quod cantatur de dominica, debet legi de vigilia Nativitatis Domini cum commemoratione de dominica in matutinis. Et in missa Credo dicitur. **Item:** Si Natalis Domini venerit feria tertia, tunc laudes *Constantes estote* imponentur feria sexta secundae hebdomadae diebus eis appropriatis. Et antiphona *O sapientia* imponetur sabbato secundae hebdomadae. **Item:** Si Natalis Domini venerit feria quarta, tunc laudes *Dicite pusillanimes* imponuntur sabbato secundae hebdomadae, aliae autem laudes imponuntur in tertia hebdomada diebus eis appropriatis, praeter laudes *Ecce veniet* reservantur ad feriam secundam ante vigiliam Nativitatis Domini. Et antiphona *O sapientia* imponetur secunda feria tertiae hebdomadae. **Item:** Si Natalis Domini venerit ad quintam feriam, tunc laudes *Ecce veniet* cum aliis <cum> quattuor laudibus sequentibus imponuntur in tertia hebdomada diebus sibi accommodatis, sed laudes *Rorate cali* reservantur ad tertiam feriam quartae hebdomadae. Et antiphona *O sapientia* inchoabitur tertia feria tertiae /5^r/ hebdomadae. **Item:** Si Natalis Domini venerit feria sexta, tunc in tertia hebdomada imponuntur laudes *Ecce veniet* feria secunda. **Item:** *De Sion* feria quinta, et *Constantes* feria sexta. **Item:** *Dicite pusillanimes* sabbato, sed laudes *Rorate cali* et *Prophetae sancti* servabuntur in quarta hebdomada, sic quod laudes *Rorate cali* in tertia feria quartae hebdomadae, et laudes *Prophetae sancti* in quarta feria quartae hebdomadae servabuntur. Et antiphona *O sapientia* inchoatur feria quarta tertiae hebdomadae. **Item:** Si Natalis Domini venerit sabbato, tunc laudes *Rorate cali* imponuntur tertia feria tertiae hebdomadae, et *Constantes* imponuntur feria sexta eiusdem hebdomadae, et *Dicite pusillanimes* imponuntur sabbato in eadem tertia hebdomada. Sed laudes *Ecce veniet* et *Prophetae sancti* et *De Sion* imponuntur in quarta hebdomada diebus eis appropriatis. Et antiphona *O sapientia* imponitur feria quarta tertiae hebdomadae. Nota, quod quaecumque praedicta imponuntur, si imponuntur in quattuor temporibus, tunc erit invitatorium *Surgite vigilemus*, et responsorium proprium debet dici; si vero aliis diebus imponuntur, tunc invitatorium cantatur *Prastolantes*. Et hoc, si laudes imponuntur, ut dictum est. **Item:** Singulis diebus, quando praedictae laudes imponuntur, semper ad psalmos nocturnales

Feria secunda. [1. c]

Feria tertia. [1. c]

Feria quarta. [1. c]

Feria quinta. [1. c]

Feria sexta. [1. c]

Sabbato. [1. c]

Nota, de antiphonis ad nocturnos. [5.]

⁵ Coni.: *responsoria*⁶ Coni.: *vero*

dicitur solum una antiphona, videlicet *Domine Deus virtutum*, ad psalmos vero vespertinos similiter una antiphona dicitur, scilicet *[Dicite] pusillanimes confortamini*. **Item:** Et quandocumque prædictæ laudes imponuntur, tunc antiphonæ ad omnes parvas horas, videlicet ad primam, tertiam, sextam, nonam dicuntur de eisdem laudibus prædictis, solum absque vespertis, ut dictum est superius. Diebus vero dominicis semper secundæ vespere dominicalis /5^v/ perleguntur de eisdem laudibus dominicalibus. Si vero diebus ferialibus, nec aliquod quattuor temporum cum aliqua vigilia interfuerit, sed solum simpliciter feria fuerit, tunc ad primam dicitur ista antiphona, videlicet: *Salvatores expectamus*, ut dictum est superius. Similiter ad tertiam, ad sextam et ad nonam dicuntur illæ antiphonæ, sicut quæ dicebantur prius in simplicibus feriis, nisi laudes prædictæ erant inchoatæ. **Item:** Nota de antiphonis et responsoriis propriis. Primo dicitur, quod propria[re] antiphonæ in tertia hebdomada assignatæ debent legi in eodem loco assignato, licet adhuc secure laudes propriæ assignentur et servantur, sed illæ antiphonæ non debent legi, quas sequentibus laudibus assignarunt vel scripserunt. **Item:** Nota, quod ista duodecim responsoria ferialia, videlicet *Clama in fortitudine* cum aliis undecim responsoriis ferialibus debent incipi ante vigiliam Nativitatis Domini. Ex istis responsoriis unaquæque dies feriata occupabit et recipit sibi feriam⁷ tunc responsoria, exceptis diebus dominicis, vel etiam aliquibus festivitibus; et sic complebuntur prædicta duodecim responsoria in feriis tamen⁸ usque ad vigiliam Nativitatis Domini. **Item:** Sciendum est, quibus diebus vigilia mortuorum cum missa et communes horæ beate Virginis non leguntur infra octavam Nativitatis Domini. Sed in die proximo ante vigiliam Nativitatis Domini vigiliæ mortuorum debent legi cum novem lectionibus, responsoriis et laudibus. Simili modo intellige in aliis festivitibus, quibus infra octavam non leguntur. **Item:** Etiam vigiliæ mortuorum simul cum novem lectionibus, responsoriis et laudibus et missa perleguntur feria quarta maioris hebdomadæ, et postponuntur /6^v/ per totum usque ad dominicam *Quasi modo geniti*. **Item:** Etiam vigiliæ mortuorum cum missa non leguntur infra octavam Pentecostes propter sollemnitatem octavarum, et multoties in aliis sollemnitatibus, scilicet Corporis Christi propter sollemnitatem et consimilibus diebus. **Item:** Notandum, quod infra istas octavas, scilicet Natalis Christi, Resurrectionis, Pentecostes et Assumptionis Mariæ semper loco missæ cottidianæ beate Mariæ Virginis per totam hebdomadam canuntur missæ præcise eadem, sicut in earundem festo. Nota, infra Nativitatem canitur *Puer natus*, infra Pascha *Resurrexi*, infra Pentecostes *Spiritus Domini*, infra Assumptionem *Gaudeamus*, sed in die sabbati circa completionem octavarum incipit missa cottidiana.

Nota, si festum sanctæ Lucie venerit in diem dominicum, tunc anticipetur in sabbatum proximum propter laudes, quæ in festo sancti Thomæ leguntur, quæ quidem servantur feria secunda. [5.]

[N]ota, quibus [die]bus vigilia [m]ortuorum non [leg]untur. [1. a]

⁷ Coni.: *tria*

⁸ Sic. Malim: *tantum*

Item: Rubrica de Nativitate Domini nostri, Iesu Christi.

Item: IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI per totum ad matutinum quod capitulum cum oratione dicitur, idem capitulum cum oratione dicitur ad primam et ad omnes parvas horas, exceptis duobus capitulis, signatis ad sextam et ad nonam, ut in libro existunt breviarii. Et in eadem vigilia Nativitatis nullum suffragium dicitur. **Item:**

IN VIGILIA VIGILLÆ NATIVITATIS ad vesperas dicitur id responsorium *De illa occulta*.

Item:

IN VIGILIA NATIVITATIS de sero in vespere post quinque antiphonas et psalmos, antequam capitulum dicitur, dicitur hæc antiphona: *Gaude et latere Ierusalem*, et tunc sequitur capitulum. **Item:** Ad completorium de sero in vigilia Nativitatis Domini psalmi: *Cum invocarem* et cetera. *Alleluia*. /6^s/ Hymnus: *Fit porta* vel *Lux mundi*. Capitulum: *Paradisi porta*. Versiculus: *Benedictus qui venit*. Antiphona ad Nunc dimittis: *Completi sunt dies*. Oratio: *Deus qui nos redemptionis*, alia oratio: *Deus qui illuminas*. **Item:** In vigilia Nativitatis Domini etiam missa defunctorum dicitur. **Item:** Etiam in vigilia Nativitatis Domini secundum opiniones quorundam communes horæ beatæ Virginis perleguntur, secundum autem quosdam non leguntur, et hoc ideo, ex quo hæc homelia: *Cum esset desponsata* et cetera legitur ipsa die, et hæc homelia est appropriata beatæ Virgini, ideo omittunt quidam communes horas beatæ Virginis. **Item:** Te Deum in ipsa vigilia Nativitatis non dicitur. **Item:** Secunda vespera beatæ Virginis non legitur, sed postponitur simpliciter. Secundum quosdam neque in die Nativitatis de beata Virgine specialiter legitur, immo per totam octavam non legitur, ut dictum est superius. **Item:** Nota, quod

De horis beatæ Virginis. [4.]

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI ad lectiones dicuntur benedictiones præcise, sicut de beata Virgine, scilicet *Alma Virgo* cum ceteris. **Item:** Post ultimam homeliam, scilicet *In principio erat*, statim ⁹ responsorium *Verbum caro* sollemniter cantatur in organo, canente toto choro versum cum « Gloria Patri ». Interim istud responsorium canente, duo sacerdotes, induti albis et dalmaticis sollemniter, duabus magnis lucernis præcedentibus ardendo, idem duo sacerdotes accedunt usque ad magnum altare, cantando evangelium. Statim finito responsorio, sollemniter incipiant versificando: *Liber generationis*. Finito isto evangelio, Te Deum in organo et choro /7^s/ cantatur. His finitis, choratores incipiant missam matutinalem, scilicet *Dominus dixit*, sed hoc, antequam laudes cantentur. Et Kyrie cum Gloria in excelsis Deo dicitur, sicut de beata Virgine. Credo dicitur. Et pro Ite missa est Benedicamus, quemadmodum de beata Virgine. Sed antequam missa perficitur, statim post Agnus Dei chorales incipiunt an-

⁹ Orig. del. videtur: *dicitur*

te communionem laudes, scilicet *Quem vidistis* cum aliis antiphonis, absque aliquo capitulo, hymno et versiculo. **Item:** Etiam antiphona ad Benedictus debet incipi simpliciter. His finitis, tunc chorales incipiunt communionem, et sic in posterum¹⁰ orationem unam, pro complenda faciendo. **Item:** Quod plus est in pontificalibus, datur licentia populo, quod solum simplex sacerdos non debet dare. **Item:** Semper debent benedictiones ponere. **Item:** Si aliquis volens ad divina pluries accedere, secundum aliquos ablutio non debet sumi, et hoc iam communiter tenent sacerdotes, et sic perficitur officium missæ. **Item:** Ad missam in aurora, scilicet *Lux fulgebit*, Kyrie cum Gloria cantatur Lætabundus. Oratio diei cum commemoratione sanctæ Anastasiæ dicitur. **Item:** Credo dicitur in omnibus tribus missis. **Item:** Præfatio *Quia per incarnati Verbi* in omnibus missis dicitur. **Item:** « Communicantes » proprium, scilicet de Nativitate Domini, et hoc per totam octavam dicitur. Quandocumque hæc præfatio: [*Quia*] *per incarnati Verbi* dicitur, tunc et « Communicantes » proprium dicitur. Intellige solummodo¹¹ de aliis festis. **Item:** Sequentia *Grates nunc omnes* dicitur per omnes missas Nativitatis Domini /7^v/ per totam octavam; immo quæ festa per octavam Nativitatis Domini veniunt, in ei<u>sdem festis semper hæc sequentia: *Grates nunc omnes* dicitur, sed propria sequentia sanctorum cantatur in octavis eorundem, expleta octava Domini. Ite missa est in aurora, et similiter tertia missa,¹² hoc est in secunda et in tertia missa, per octavam Domini. **Item:** Nota circa secundas vespere, quæ vespere sic perficiuntur in istis festivitatibus: Nota, in secundis vespere Nativitatis Domini antiphona: *Tecum principium* cum aliis antiphonis. Psalmi: *Dixit* cum ceteris. Finita oratione Nativitatis Domini cum « Per eundem Dominum », et deinde dicitur « Amen », neque « Dominus vobiscum », neque Benedicamus Domino debet dici, sed statim post « Amen » per chorales, qui sunt non directo modo induti in dalmaticis, debet incipi responsorium, scilicet *Lapides torrentes* cum hymno, versiculo, collecta propria sancti Stephani protomartyris. Simili modo intellige de sero

IN FESTO SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS, quia post vespere sancti Stephani chorales, induti casulis cum aliis dominis de capitulo, post « Amen » dicitur responsorium DE SANCTO IOANNE EVANGELISTA, et cum aliis, scilicet hymno, versiculo, collecta. Et intellige de omnibus aliis festis infra octavam Nativitatis Domini occurrentibus. Nota,

IN VIGILIA INNOCENTUM pueri choratores debent intrare ad chorum, cum antiphona *Sinite parvulos* et cetera consequenter dicitur. Responsorium: *Centum quadraginta* sine « Gloria » cum aliis, ut in libro sequitur. **Item:** Sicut continetur

INFRA OCTAVAM in libro Nativitatis Domini, ista a Nativitate Domini incipient usque ad octavam eiusdem loco horarum beatæ Virginis in quibusdam diebus, ut signa-

[V]esperæ in Nativitate. [1. b]

[N]ota. [1. b]

¹⁰ Sic. Malim: *imponit episcopus*

¹¹ Sic. Malim: *simili modo*

¹² Coni. *summa*

runt in libro breviarii per octavam. Lectiones debent legi de Nativitate Domini /8^r/ omni die tribus aliis psalmis et lectionibus, videlicet secunda die antiphona: *Dominus dixit* cum aliis tribus psalmis et antiphonis et lectionibus debent legi, et cetera; tertia die antiphona: *Suscepimus* cum aliis antiphonis et tribus psalmis et tribus lectionibus leguntur; et sic consequenter aliis diebus tres lectiones octavales per totam octavam Nativitatis Domini leguntur. **Item:** Te Deum dicitur. **Item:** Laudes: *Quem vidistis* cum aliis antiphonis sequentibus. **Item:** Benedictiones ad lectiones dicuntur de beata Virgine, scilicet: *Alma Virgo*. **Item:** Capitulum, hymnus et oratio de octava Nativitatis Domini dicitur. Suffragium dicitur de beata Virgine. Antiphona: *Maria intacta Virgo*. Oratio: *Deus qui salutis*. Et sic per totam octavam Domini non occurrat aliquod festum sollemne, de quo omnes horæ sollemniter dicuntur; sicut de festo sancti Stephani et Ioannis evangelistæ, et cetera. Quando in omnibus festivitatibus infra octavam Nativitatis non dicuntur de Nativitate cum lectionibus horæ, et si non fuerint propria festa, et cetera, tamen prima semper debet legi una cum antiphona de Nativitate infra octavam **laudum**: *Quem vidistis*, in fine vero psalmodum legitur *Laudate Dominum omnes gentes*. **Item:** Capitulum: *Populus gentium*. Oratio propria de Nativitate, *Domine sancte Pater*, et in fine orationis dicitur *Exsultabunt* pro commemoratione beatæ Virginis, licet festa occurrant infra octavam Nativitatis secure habeant historias proprias, et etiam, licet iam secure ceteræ horæ parvæ, scilicet tertia, sexta, nona dicuntur, ita quod de octava Nativitatis Domini, tamquam ad parvas horas beatæ Virginis. Ad tertiam psalmi *Ad te levavi*, *Nisi quia, Qui confidunt*, ad sextam *In convertendo*, /8^r/ ad nonam *Sæpe* debent legi, de tempore vero *Legem pone*, sicut de aliis diebus, cum semper debent fieri sub diversis conclusionibus istæ horæ. **Item:** Circa completorium, istis diebus debet legi unum, scilicet de Nativitate Domini, et cetera. **Item:**

IN DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI sabbato in vespere antiphona: *Tecum principium* cum aliis antiphonis per totum. Ad Magnificat vero dicitur *O regem cæli*. Suffragium dicitur de Nativitate Domini, scilicet *Nato Domino*, et etiam alia suffragia dicuntur. Et in matutinis non dicuntur plura suffragia, nisi de dominica. **Item:** Dominica, quæ imponitur infra octavam Nativitatis Domini, videlicet *Dum medium* durat usque ad vigiliam Epiphaniæ Domini, hoc est semper de dominica debet fieri suffragium usque ad vigiliam Epiphaniæ; et hoc ideo, quia ad matutinas in vigilia Epiphaniæ Domini responsoria debent recipi de ipsa dominica. **Item:**

IN OCTAVA NATIVITATIS DOMINI secundæ vespere de Nativitate Domini, scilicet *Tecum principium* debent dici in choro post nonam per præbendarios, scilicet aliæ vespere conventuales debent dici loco vespere. **Item:**

IN FESTO SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS in secundis vespere antiphona *Iucundus homo* et cetera, et psalmus debet legi, et hoc in conventuali vespere. **Item:**

IN FESTO SANCTI IOANNIS EVANGELISTÆ in secundis vespere conventualibus antiphona *Iuravit Dominus* cum aliis antiphonis et psalmis debent dici. **Item:** Nota, de

[Dom]nica infra [o-
cta]vum Nativitatis
Domini. [1. b]

[N]ota. [1. b]

[N]ota, conclusiones
[hym]norum. [1. b]

conclusionibus hymnorum. **Item:** Hymnus de beata Virgine dicitur *Emixa es[1] puerpera*, et hoc in horis de Nativitate Domini, et concluditur sic: « Gloria tibi Domine qui natus es de Virgine » et cetera; ad horas vero diurnas conclusio hæc dicitur: « Summo Parenti ». **Item:** Non dicitur adhuc in festo Nativitatis Domini sic, quia licet laudes sint istæ, videlicet: /9^o/ *Quem vidistis*, tamen ad parvas horas diei non dicuntur antiphonæ de laudibus, sicut alias, sed sunt propriæ antiphonæ, quæ dicuntur ad horas. Ad primam antiphona de Nativitate dicitur ista: *Lux de luce* et cetera. Capitulum, ut supra. Responsorium: *Christe Fili*, versus: *Qui natus es de Virgine Maria*. Ad tertiam: *Gaudeamus*. Ad sextam: *Virgo hodie*. Ad nonam: *In principio et ante* et cetera. Istæ antiphonæ tantum ipso die Nativitatis dicuntur. **Item:** Infra octavam Nativitatis Domini ad matutinas dominicales benedictiones dicuntur eædem, sicut de beata Virgine, scilicet *Alma Virgo* cum ceteris.

Et sequitur de Circumcisione. Item: Nota

IN FESTO CIRCUMCISIONIS DOMINI, quod de beata Virgine non legitur specialiter, et ad lectiones matutinales in festo Circumcisionis Domini dicuntur benedictiones, sicut de beata Virgine, scilicet *Alma*. Hymnus: *Corde natus*. Oratio: *Deus qui salutis*. Capitulum proprium: *Carissimi apparuit* ad matutinas et alias horas cum aliis sequentibus capitulis, exceptis primis et completoriis. Similiter et alia, ut de beata Virgine, dicuntur. **Item:** In primis et secundis vesperis capitulum et oratio, ut in matutinis, dicuntur. **Item:** Per omnes horas diei Circumcisionis nullum suffragium dicitur. **Item:** Ad primam et ad completorium diei Circumcisionis capitulum: *Virgo verbo concepit*, et etiam de sero in die Circumcisionis Domini post secundas vespas ad completorium idem capitulum *Virgo verbo*, et oratio dicitur propria: *Quasumus omnipotens Deus*. Sed die crastina post diem Circumcisionis Domini usque ad Epiphaniam Domini de tempore ad primam et ad completorium capitulum: *Populus /9^o/ gentium*, et oratio similiter, sicut prius, scilicet: *Præsta quasumus omnipotens Deus*. Antiphona ad completorium: *Ece de quo Ioannes* et cetera. **Item:** Nota, quod hoc capitulum: *Virgo verbo concepit*, quod fuit in festo Circumcisionis Domini cum ista oratione: *Præsta quasumus*, ad primam et ad completorium eiusdem festi, debet recipi iam ad primam et ad completorium beatæ Virginis post Nativitatem Domini. **Item:** In festo Circumcisionis Domini de sero in secundis vesperis non debent fieri plura suffragia, nisi de sancto Stephano protomartyre. **Item:** Præfatio *Quia per incarnati* cantatur omni die tam de sanctis, quam de beata Virgine, infra octavam Nativitatis existentibus, excepto festo Ioannis evangelistæ, quia tunc præfatio dicitur de Apostolis. **Item:** Notatur, quod

Præfatio. [4.]

DIE SECUNDO POST OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI matutinum debet legi de beata Virgine cum capitulo et collecta de Circumcisione Domini, et cetera. **Item:** Licet quod exspiret Nativitas Domini, tamen adhuc completorium et prima de tempore dicuntur de Nativitate Domini. Hymnus: *Corde natus*. Capitulum: *Populus gentium* cum antiphona de Nativitate ad Nunc dimittis, et oratione in fine: *Deus qui illuminas et Domine sancte*. Sed tamen antiphona ad primam dicitur de laudibus istius diei vel sancti,¹³ in quo servatur matutinum de tempore. Responsorium vero dicitur ad primam de Nativitate Domini. **Item:** In octava sancti Stephani dicitur ista collecta, scilicet: *Deus qui primitias*, et de sero in octava eiusdem nullum suffragium, nisi de sancto Ioanne. **Item:**

HORÆ BEATÆ VIRGINIS communes incipiunt post octavam Nativitatis Domini secundo die solum /10^r/ sub ista una antiphona, scilicet: *Dominus dixit*, et usque ad Purificationem beatæ Virginis. Psalmi vero: *Quare, Cali, Domini est terra*. **Item:** Ab octava Nativitatis Domini incipiens, usque, secundum quod horæ beatæ Virginis incipiunt, et etiam in Nativitate cum sua octava quæ præfatio fuit, videlicet *Quia per incarnati*, eadem præfatio dicitur semper in missa beatæ Virginis usque ad Purificationem. Post octavas Nativitatis incipiendo, usque ad Purificationem diebus sabbatis dicitur homilia de beata Virgine, scilicet *Pastores*, et ante sabbatum feria sexta de sero dicuntur primæ vesperæ de beata Virgine cum antiphona *O admirabile commercium*. Quinque *Laudate* dicuntur, ut supra dictum est, et cetera. **Item:**

De horis beatæ Virginis. [A.]

IN OCTAVA IOANNIS EVANGELISTÆ Credo dicitur, sicut in festo. Et

IN OCTAVA SANCTORUM INNOCENTUM officium missæ fit, sicut in festo ipsius, excepto isto, quod Gloria in excelsis et Alleluia et Ite missa est dicuntur, quæ in die ipsorum non dicebantur, quia in die ipsorum loco Ite missa est dicebatur Benedicamus Domino. Neque etiam in die ipsorum ad responsoria « Gloria Patri », neque ad psalmum missæ « Gloria », neque Te Deum dicebatur, neque Alleluia, sed *Laus tibi Christe*, quæ omnia in octava ipsorum dicuntur. **Item:** Credo in festo Innocentum dicitur, sed in octava ipsorum non dicitur, quia, ut dictum est supra, quod omnia ista, quæ in die sua non dicebantur, iam in octava ipsius dicuntur. **Item:**

DE SANCTIS INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI tenetur ad parvas horas psalmus et responsum, sicut in æstate de sanctis, videlicet de sancto Stephano, sicut de uno martyre, de sancto Ioanne de Apostolis, et cetera. Octavæ eorum tenentur cum secundis vesperis et matutinis, sicut in die ipsorum. /10^r/

¹³ Orig. corr. de *sancto*

Item: In vigilia vigiliæ Epiphaniæ.

Item: Si erit dominica die, sabbato ad vespervas *Tecum principium* cum aliis antiphonis et psalmis dicitur. Responsorium: *In principio*. Hymnus de Nativitate Domini. Capitulum et antiphona ad Magnificat et oratio de dominica præcedenti dicuntur, et nullum suffragium debet dici. **Item:**

IN VIGILIA EPIPHANIE DOMINI in matutinis invitorium, uti in libro breviarii, et antiphonæ speciales tres et tres psalmi, et homelia *Defuncto Herode* dicitur, et laudes *Quem vidistis* per totum. **Item:** Te Deum dicitur, et nullum suffragium dicitur. **Item:** Missa in vigilia Epiphaniæ Domini, sicut totum officium, fit de dominica præterita, scilicet *Dum medium*. **Item:** In missa post orationem d[omi]ni vigiliæ dicitur oratio secunda de dominica præcedenti, tertia de beata Virgine. Et evangelium *Defuncto Herode* dicitur. Et præfatio *Quia per incarnati Verbi* dicitur. **Item:** Si de aliquo festo canitur [aut] tenetur hora infra octavam Epiphaniæ Domini, tunc semper de eodem festo præfatio *Quia cum Unigenitus tuus* dicitur, et cetera. **Item:**

[In] die. [1. b]

IN DIE EPIPHANIE DOMINI invitorium non dicitur, sed tantum « Domine labia mea » dicitur, et hoc ideo non dicitur invitorium, quia iste psalmus: *Venite exsultemus Domino* legitur inter alios psalmos nocturnales, sed antiphona *Afferte Domino* debet incipi absolute cum psalmo. **Item:** Eodem die Epiphaniæ nullum suffragium dicitur. In missa vero Credo dicitur. Et præfatio propria cum « Communicantes » dicitur. **Item:** In missa per totam octavam dicitur. Sed in aliis diebus infra octavam Epiphaniæ Domini in matutinis invitorium dicitur cum *Venite exsultemus*, scilicet invitorium *Christus apparuit* debet dici, ideo iam loco ipsius psalmi, scilicet: *Venite exsultemus*, sicut dicebatur in die, dicitur unus alius psalmus, scilicet *Cantate* vel *Dominus regnavit* debet dici. /11*/ **Item:** Ad primam antiphona *Lux de luce* solum in Epiphania Domini dicitur, sed infra octavam eiusdem semper *Ante luciferum* dicitur. **Item:** Ad primam et ad completorium de Epiphania Domini dicuntur capitula et orationes propriæ. Responsorium: *Christe Fili*, versus: *Qui apparuisti in terris*. **Item:** Conclusio hymnorum dicitur: « Gloria tibi Domine qui apparuisti sæculo ». **Item:** Nota, quod quando dominica imponitur in dominica die vel in feria infra octavas Nativitatis seu Epiphaniæ Domini, tunc de ista dominica imposita usque ad aliam dominicam, si potest **dominari** usque ad aliam dominicam, vel quousque de **facto** condeperdit illa dominica imposita, debet omni die de ea suffragium fieri inter alias horas. **Item:** Nota

DE ALIIS DOMINICIS, QUÆ OCCURRUNT INFRA OCTAVAS Nativitatis et Epiphaniæ Domini. Sciendum, quod semper primæ vespere dominicalium debent legi illa[e], quæ erant lecta infra octavas eorundem festivitatum, cum antiphonis et psalmis propriis, scilicet per octavam Nativitatis *Tecum principium* cum aliis antiphonis, per octavam vero Epiphaniæ Domini *Ante luciferum* cum ceteris antiphonis, exceptis capitulis et col-

lectis dominicalibus, necnon antiphona ad Magnificat et ad Benedictus, et similiter responsoriis propriis dominicalibus. **Item:** Notatur

DE FESTIS SANCTORUM INFRA OCTAVAM EPIPHANiarUM DOMINI. Nota, si infra octavas de aliquo alio festo serventur horæ, tunc semper in eiusdem festivitatis præfatio dicitur de Epiphania Domini, ut supra dictum est. **Item:** Dominicis diebus in secundis vespers infra octavas Nativitatis et Epiphaniæ suffragium solum: infra octavam Nativitatis de Nativitate antiphona: *Hodie Christus natus est*, et de Epiphania infra octavam ipsius antiphona propria cum collecta /11^v/ dicuntur, et non plura, et cetera. **Item:** Credo dicitur per totam octavam Nativitatis et Epiphania[e] Domini. Sed tamen notatur sic, quod inter ista festa, scilicet Nativitatis et Epiphaniæ, secundum consuetudinem Strigoniensem recte non servatur de aliquo festo sancti, et cetera, nisi completa octava earundem. Notantur psalmi infra octavam Epiphaniæ Domini. In matutinis tres primi psalmi: *Afferte Domino, Deus noster, Omnes gentes*. Alii tres psalmi: *Iubilate, Deus iudicium, Inclina*. Ultimi tres psalmi dicuntur *Cantate primum, Dominus regnavit, Cantate secundum*. Antiphona: *Notum fecit*. **Item:** Notatur sic, quod si vigilia Epiphaniæ Domini venit die dominico, tunc matutinum isto modo peragitur, quod invitorium dicitur totum *Christus natus* cum historia de dominica præcedenti, si dominica ista propriam historiam habuerit; et tunc lectiones sex dicuntur de dominica præcedenti, et homelia dicitur de vigilia, scilicet: *Defuncto Herode*. **Item:** Te Deum laudamus dicitur. Laudes *Quem vidistis* dicuntur. **Item:** In missa vigiliæ totum officium de dominica, scilicet *Dum medium* dicitur. Prima collecta de vigilia, secunda de dominica et tertia de beata Virgine, scilicet: *Deus qui salutis*. **Item:**

ANTE OCTAVAM EPIPHANIÆ DOMINI DIE PROXIMA ad vespers antiphona: *Ante luciferum* cum aliis antiphonis. Capitulum et collecta dicitur de octava, capitulum: *Domine Deus meus*, adhuc secunda sit dies dominica, tamen capitulum et collecta non dicuntur de dominica, nisi de octava. **Item:** Nullum suffragium dicitur, nec de dominica, nec de aliis festis. **Item:** Si Epiphania evenit in diem dominicum, tunc propria historia, videlicet *Omnis terra* non imponitur in octava istius dominicæ, sed post, /12^f/ in alia dominica. Et interim semper servatur de sanctis, et non aliud usque ad impositionem *Omnis terra*. Et semper tenetur dominica infra octavam Epiphaniæ per suffragium. **Item:** Nota,

IN OCTAVA EPIPHANIÆ DOMINI de sero in secundis vespers antiphona: *Veterem hominem* cum ceteris antiphonis, sicut in matutinis fuerunt lectæ ad laudes. Psalmi de Epiphania, videlicet: *Dixit, Confitebor, Beatus vir, De profundis, Memento* dicitur. Suffragium dicitur de dominica solum, et non de aliis. **Item:** Notatur, quod post octavam Epiphaniæ Domini ad primam et ad completorium capitulum et collecta semper dicuntur de Epiphania Domini, et hoc usque ad novam historiam, videlicet *Omnis terra*, licet secure exspiret octava Epiphaniæ Domini, et ideo secure servetur de sanctis. Ratio est, quia dies dominica, existens infra octavam eiusdem, cum sua tota historia con-

De psalmis [infra]a octavas. [1. b]

[De] festo [Epiphani]a Domini. [1. b]

[De] vigilia. [1. b]

Item: Præfatio de Nativitate Domini, videlicet Quia per incarnati servatur tam diebus dominicis, quam de sanctis usque ad festum Purificationis Virginis gloriosa. [1. c]

Semper servatur præfatio de beata Virgine, videlicet Quia per [incarnati]. [2.]

dependet de Epiphania. Pro tanto ad primam et ad completorium capitulum et collecta dicuntur de Epiphania, et etiam antiphona ad Nunc dimittis de Epiphania. Similiter præfatio de Epiphania Domini semper usque ad novam historiam, scilicet *Omnis terra* et cetera. Sed tamen antiphona ad primam dicitur de laudibus eius diei, in quo matutinum servatur. Similiter responsorium ad primam dicitur de Epiphania. **Item:** Præcise in octava **stellæ** non possunt celebrare nuptia, nisi octava exspiratur.

Item: Notatur, quod sabbato proxima ante Omnis terra

in primis vesperis et in crastina die in matutinis et in omnibus horis solum una collecta, scilicet sua dicitur, et nullum suffragium. Præfatio iam cottidiana dicitur. Sed eadem die dominico capitulum ad primam dicitur *Regi autem saeculorum*. Ad completorium vero dicitur: *Tu autem /12^o/ in nobis es Domine*, et hoc sabbato proximo ante Omnis terra. **Item:** Ad primam cottidianam, hoc est sive tenetur de sanctis, sive de feriis, dicitur capitulum *Omnis homo*. Et sic erit iam completorium commune, incipiens a sabbato proximo ante Omnis terra. Et prima iam erit maior, sicut in æstate. **Item:** Suffragia incipiunt in secundis vesperis die dominicæ, sed non omnia suffragia, sicut dicuntur per æstatem, nisi post horam diei dominicæ dicitur de sancto Petro et de sancto Adalberto et omnibus sanctis. **Item:** Immo nullum suffragium dicitur, nisi de festo, quod tenetur crastina die; sed si feriam tenent, tunc nullum suffragium dicitur, nisi in matutinis feria secunda suffragia consueta. **Item:** Sciendum est, quod licet in prima vespera diei sabbati cantetur iste hymnus: *Deus creator omnium*, et etiam aliis sabbatis sequentibus usque ad Quadragesimam, tamen in secundis vesperis diei dominicæ fit hymnus *Lucis creator*. Et capitulum in eiusdem vesperis <hymnus>¹⁴ diei dominicæ dicitur *Dominus autem dirigat*. Responsorium: *Quam magnificata* per ordinem, sicut in æstate. Antiphona ad Magnificat propria. Similiter oratio solum. Ista supradicta servant v<er>itatem usque ad Septuagesimam. **Item:** Quandoque fuerint sex dominicæ post Epiphaniam usque ad Septuagesimam, tunc ultima dominica debet duplicari cum omnibus suis, videlicet capitulis, oratione et homelia.

[A dominica Omnis terra canitur sequentia Grates nunc omnes usque ad Septuagesimam secundum chororum ecclesie sancti Martini. [2.]

[Nota], suffragia. [2.]

¹⁴ Coni.: *secundis*

Item: Nota de Septuagesima.

Et primo, SABBATO PROXIMO ANTE DOMINICAM CIRCUMDEDERUNT ME ad primas vespers antiphonæ dicuntur tres *Alleluia* ad omnes psalmos, scilicet *Benedictus*, *Exultabo* et cetera. Et nullum suffragium /13^o/ dicitur, nisi oratio diei dominicæ. Similiter die crastina in missa orationes. **Item:** <In> ista nova historia plures continet in se dominicas. Tunc hymnus dicitur *Dies absoluti* vel *Deus creator*. Ad Magnificat antiphona propria. Similiter oratio. **Item:** In fine vesperarum Benedicamus Domino cum quinque « alleluia » perficitur, et sic « alleluia » in vesperis diei sabbati ante Circumdederunt exspirabit. **Item:** Ad completorium dicitur statim « Laus tibi Domine ». **Item:** Cras in matutinis Te Deum non dicitur, immo non dicitur per totas dominicas septuagesimales, quadragesimales usque ad Pascha, demptis festivitibus, quia semper a Septuagesima usque ad Pascha dicitur Te Deum et Gloria in excelsis et Credo, si est conveniens tale festum, sed alias non. **Item:** Credo omnibus dominicis tam septuagesimalibus, quam de aliis dominicis debet dici. **Item:** In dominicis septuagesimalibus et quadragesimalibus Benedicamus Domino dicitur, et¹⁵ [non] Ite missa est, sicut etiam dicitur in feriis. **Item:** Tractus incipiunt in missa præcise in dominica prima Septuagesimæ, scilicet Circumdederunt, sed diebus ferialibus Septuagesimæ tractus non dicuntur in missa. **Item:** In Septuagesima, antequam laudes incipiuntur, dicitur versiculus *Hæc dies quam fecit*, sicut dicebatur in æstate. **Item:** Ad primam antiphona propria, si habetur psalmus: *Deus Deus meus respice in me*. Capitulum: *Regi autem*. Responsorium: *Christe Fili*. Oratio: *Domine sancte Pater*. Ad missam sola oratio dominicalis. Præfatio cottidiana dicitur usque ad Quadragesimam. Missa finitur cum Benedicamus. **Item:** In matutinis ad laudes per totam Septuagesimam et Quadragesimam usque Pascha dicuntur isti psalmi: *Miserere mei*, *Confitemini*, *Deus Deus meus*, *Benedicite*, *Laudate* cum suis antiphonis propriis, et iste psalmus *Confitemini*, quia alias dicitur ad primam, iam dicitur ad laudes, et loco ipsius dicitur ad primam /13^o/ unus alius psalmus, videlicet *Dominus regnavit decorem* et cetera. **Item:** Notandum, quod omnibus dominicis in Septuagesima ad secundas vespers dicitur antiphona *Sede a dexteris*. Psalmus: *Dixit Dominus* per ordinem. Capitulum dicitur proprium. Responsorium etiam proprium istius dominicæ. Hymnus vero dicitur *Luceis creator*. Ad Magnificat antiphona dicitur propria. Similiter oratio. Nullum suffragium. **Item:** Notatur

DE FERIIS SEPTUAGESIMALIBUS. Ad matutinas antiphonæ ad psalmos nocturnales dicuntur de psalterio, sicut in æstate. Similiter responsorium et antiphonæ et versiculi ad parvas horas, scilicet ad primam, terciam, sextam, nonam de psalmo¹⁶ feriarum, sed ad matutinum et ad horas alias capitulum et oratio et antiphona ad Benedictus et anti-

¹⁵ Sic. Malim: *loco*, et tunc nullum oportet adici.

¹⁶ Coni.: *psalterio*

phona ad Magnificat dicuntur de dominica. **Item:** In missa diebus ferialibus tractus non dicuntur, ut supra dictum est.

Item: Notatur de sanctis,

quod a SEPTUAGESIMA USQUE AD PASCHA in matutinis semper Te Deum laudamus dicitur. In missa Gloria in excelsis et Credo, si est conveniens tali festo, ut dictum est supra. Et in omnibus sollempnitatibus, scilicet beatæ Virginis Purificationis et de sancto Petro Cathedra et de sancto Matthia et de aliis sanctis in Septuagesima occurrentibus dicuntur tractus, et non sequentia. **Item:** Etiam de sanctis dicitur Ite missa est. **Item:** Nota, quando de sanctis tenetur in Septuagesima usque ad Quadragesimam, tunc suffragium debet fieri de dominica istius hebdomadæ, in qua hora tenetur de sanctis; et tertia collecta, sive de quo fiat, et hoc in missa. In matutinis vero suffragium de dominica antiphona debet legi de illa <de illa> dominica ad Benedictus, in qua tenetur hora, similiter /14^t/ ad Magnificat, si in tali die specialis antiphona non fuerit loco suo in feria. Et non debent legi antiphonæ <antiphonæ> de psalterio, sicut in æstate leguntur ad Benedictus. **Item:** Notatur, quod in Septuagesima, quando aliquæ festa sollempnia non occurrunt, tunc die sabbati potest legi *O decus*, et hoc secundum chorum Strigoniensem.

De Purificatione beatæ Virginis notatur.

Nota, in primis vesperis Purificationis beatæ Virginis antiphona: *O admirabile commercium* cum aliis quattuor antiphonis. Et omnia *Laudate* dicuntur. **Item:** Secundæ vesperæ beatæ Virginis in vigilia Purificationis non dicuntur, neque omnes horæ beatæ Virginis die crastina dicuntur, scilicet in die Purificationis. **Item:** Ad completorium psalmi: *Cum invocarem* et cetera. Antiphona propria, si habetur. Hymnus: *Lux mundi* aut *Fit porta*. Capitulum et collecta propria. Antiphona ad Nunc dimittis: *Virgo verbo concepit*. In fine orationis diei *Deus qui illuminas* dicitur. **Item:** In die sancto matutinum perficitur ordine suo. **Item:** Ante missam circa processionem primo debet incipi Asperges, deinde versiculus et oratio. A cantoribus responsorium *Gaude Maria Virgo*, et cum pervenerint ad locum destinatum, ubi mensa est disposita pro benedictione cerarum,

ibi primo a sacerdote celebraturo dicitur versiculus *Post partum Virgo* cum oratione. His finitis, incipiunt benedictiones cerarum cum orationibus et antiphonis ad hoc constitutis, necnon præfatione ferialiter percantanda, et in fine præfationis legitur silenter: « Per Dominum nostrum », per chorum etiam respondetur silenter: « Amen ». Et sic candelæ thurificentur, necnon aqua benedicta aspergentur, et communiter canitur *Lumen ad revelationem* et cetera, et psalmus *Nunc /14^v/ dimittis*. Deinde candelæ consecratae accenduntur. Redeuntes ad chorum, per cantorem debet incipi hymnus *Quod chorus vatum*. Et cum appropinquassent usque magnam ecclesiam, incipit psalmus *Benedictus Dominus Deus* cum sua antiphona, sicut in matutinis dicebatur. Et similiter per modum istum intellige in die Ramispalmarum post benedictiones florum, et etiam in benedictionibus florum, sicut hodie in ceris. **Item:** Nota in missa publica die Purificationis, **quia** missa perficitur ordine suo. Si enim in Septuagesima occurrit idem festum et alia festa sanctorum, in missa Alleluia cum sequentia non cantatur, sed tractus cantatur; si vero ante Quadragesimam aut Septuagesimam ceciderit, tunc cantatur Alleluia ac sequentia et cetera his festis, quæ concurrunt in Septuagesima vel Quadragesima. **Item:** Præfatio *Quia per incarnati* et *Ite* missa est dicuntur. **Item:** In secundis vespere antiphona *Tecum principium* cum aliis antiphonis et psalmis cantatur. Capitulum dicitur de die. Responsorium: *Verbum caro*. Hymnus: *A solis ortu[s]* vel *Verbum caro factum est*. Antiphona ad Magnificat et oratio propria de die. Et suffragium solum dicitur de sancto Blasio martyre. **Item:** Ad completorium Mariæ *Cum invocarem* et cetera per ordinem. Hymnus: *Corde natus*. Capitulum: *Populus gentium*. Versiculus: *Benedictus qui*. Antiphona ad Nunc dimittis: *Ecce completa sunt omnia*, si vero non habetur antiphona, tunc debet dici illa: *Virgo verbo concepit*. Oratio dicitur *Famulorum tuorum*, et in fine illa oratio: *Deus qui illuminas*. Si vero de alio uno sancto aliæ vespere leguntur, tunc illæ vespere leguntur cum completorio cottidiano per omnia, sed completorium beatæ Virginis legitur cum parvis psalmis, scilicet *Memento Domine*, *Ecce quam bonum*, *Ecce nunc* cum antiphonis et hymnis, capitulis, versiculis et collectis propriis. **Item:** Notandum, quod secundæ vespere

DE CONVERSIONE SANCTI PAULI debent sic legi. Antiphona: *Iuravit Dominus* cum ceteris psalmis.¹⁷ /15^v/ *Dixit Dominus* cum ceteris, sicut de Apostolis. Capitulum: *Saulus adhuc*. Responsorium: *Sancte Paule*. Hymnus: *Doctor egregie*. Antiphona ad Magnificat: *Hodie electorum omnium*, et de sancto Petro hic, in secundis vespere nullum suffragium debet poni, quia non est consuetum dicere, nisi usque ad nonam. **Item:** Notatur

DE FESTO CATHEDRÆ PETRI, quod **ibi**¹⁸ contingitur, quod vigilia sancti Matthiæ in eodem festo sancti Petri fuerit, et etiam ieiunium quadragesimale vel quattuor temporum fuerit in eodem, tunc in matutino isto hoc est tenendum, quod tota hora diei una cum historia servatur de sancto Petro, et post ultimam lectionem homeliæ sancti Petri, ante-

¹⁷ Coni.: cum ceteris. Psalmus:

¹⁸ Sic. Malim: quia tale

quam diceretur « Tu autem », statim debent addi duæ homeliæ: prima homeliæ de vigilia sancti Matthiæ, deinde homeliæ ieiunii quadragesimalis vel homeliæ quattuor temporum, et sic conclusio cum ultimo responsorio sancti Petri sollemniter. **Item:** Te Deum dicitur. **Item:** Post orationem sancti Petri dicitur suffragium de sancto Paulo cum antiphona, versiculo et collecta, et postea, nulla antiphona mediante, dicitur collecta de vigilia sancti Matthiæ, et sic matutinum finitur cum Benedicamus Domino sollemniter. Sed iam de ieiunio vel quattuor temporum dicitur antiphona ferialis cum precibus et psalmis, et sic finitur cum oratione ieiunii vel quattuor temporum. Deinde dicitur antiphona cum versiculo et collecta super populum, et septem psalmi, exceptis duobus psalmis, scilicet *De profundis* et ultimo *Domine exaudi*, quia isti duo psalmi reservantur per secundas vespertas¹⁹ diei festi, ideo quia etiam in primis vespertis diei festi post orationem diei, sicut in matutinis, finiebantur sollemniter; sic etiam in secundis vespertis fini[un]tur post orationem diei cum Benedicamus Domino sollemniter. Deinde dicitur antiphona ieiunii vel quattuor temporum cum precibus et psalmis et oratione cum commemoratione super populum. Et sic finiendo cum Benedicamus /15^v/ Domino ferialiter. Deinde dicuntur isti duo psalmi, scilicet *De profundis* et ultimum *Domine exaudi* pro defunctis, quorum psalmorum unus dicitur pro vespertis, et alter pro completorio, sed omnia perficiuntur in secundis vespertis, quia²⁰ in talibus festivitibus signantur in Quadragesima in parvis horis, scilicet²¹ in prima, tertia, sexta, nona et in completorio. Preces non dicuntur, nisi in duabus horis, scilicet in matutinis et in secundis vespertis. **Item:** Notatur, quodcumque vigilia alicuius sancti fuerit in quattuor temporibus vel in ieiunio quadragesimali, tunc post orationem quattuor temporum vel ieiunii quadragesimalis, antequam antiphona super populum dicitur cum oratione, primo semper debet oratio istius vigiliæ addi ad orationem quattuor temporum vel ieiunii quadragesimalis, et sic postea debet dici antiphona cum oratione super populum. Et ratio est ista, quod quattuor temporum vel ieiunium quadragesimale est maior, quam ista vigilia. Igitur cum homeliæ et tali sua oratione illa vigilia debet addi ad quattuor temporum vel ieiunium quadragesimale. Et²² de istis festis supra dictum est, intellige sic, ut si Quadragesima venerit per modum supradictum. **Item:** In festo Cathedra Petri Credo dicitur. Et præfatio dicitur, sicut de Apostolis. **Item:** In secundis vespertis Cathedræ sancti Petri antiphona: *Iuravit*. Psalmi, sicut de Apostolis. Capitulum de die: *Petrus Apostolus Iesu Christi*. Responsorium: *Petre amas me*. Hymnus: *Iam bone pastor*, « Sit Trinitati », sicut etiam dicitur in primis vespertis. Antiphona ad Magnificat: *Quodcumque*. De sancto Paulo nullum suffragium dicitur, et cetera.

Suffragium de s[an]cto Paulo. [1. b]

[Nota], in primis [vesper]is preces non [dicu]ntur. [1. b]

[De] festo sancti [Pe]tri Cathedræ. [1. b]

¹⁹ Coni.: *pro secundis vespertis*

²⁰ Coni.: *qui*

²¹ Coni.: *horis. Sed ... nona et in completorio*

²² Coni.: *ut*

De Annuntiatione beatæ Virginis

notatur sic. Nota, in primis vesperis antiphona: *Gabriel angelus*. Omnia *Laudate*. Capitulum: *Egredietur virga*. Responsorium: *Christi Virgo*. Hymnus: *Ave maris stella*. Versiculus: *Ave Maria*. /16^v/ Antiphona ad Magnificat propria. Oratio: *Deus qui de beatæ, concluditur « Per eundem »*. Postea de feria antiphona et oratio, necnon super populum oratio cum precibus dicuntur, ut supra dictum est. Completorium sic perficitur. *Cum invocarem* cum aliis psalmis. Loco antiphonæ dicitur solum « Laus tibi Domine ». Hymnus: *Lux mundi*. Capitulum: *Ecce Virgo concipiet*. Responsorium non dicitur. Versiculus: *Emitte Agnum*. Antiphona ad Nunc dimittis: *Dilectus misit manum suam*. Et sic intellige de aliis festivitibus consimilibus in Quadragesima, quæ isto modo habuerint propria capitula, hymnos et versiculos et orationem, quia tunc completorium dominicale non dicitur aut feriale. **Item:** Matutinum eiusdem festi peragitur ordine suo sub duplici officio. **Item:** Responsorium ad parvas horas dicuntur *Egredietur virga* cum ceteris. **Item:** In secundis vesperis antiphona: *Angelus ergo dixit Mariae*. Psalmi, sicut de aliis festis beatæ Virginis. Capitulum: *Egredietur*. Responsorium: *Posuit Moyses*. Hymnus: *Ave maris*. Versiculus: *Ave Maria*. Antiphona ad Magnificat: *Hæc est dies*. Oratio propria, postea de feria vel de ieiunio quadragesimali. Sic addit inter Quadragesimam et completorium. Ad completorium « Laus tibi Domine ». *Cum invocarem* et cetera. Capitulum: *Ecce Virgo*. Hymnus: *Lux mundi*. Versiculus: *Emitte*. Antiphona ad Nunc dimittis. Oratio: *Gratiam tuam, Deus qui illuminas*. **Item:** Notatur, quod in missa Annuntiationis beatæ Virginis officium: *Rorate cali*. Graduale: *Tollite portas*. Tractus: *Ave Maria*. Evangelium: *Missus*. Præfatio: *Et te in Annuntiatione beatæ Mariæ*. Communio: *Ecce Virgo*. **Item:** Festum Annuntiationis, si venerit in die dominico Ramispalmarum, tunc ipsum anticipatur, et servatur in sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum; si autem venerit secunda, tertia vel quarta feriis magnæ hebdomadæ, tunc servatur in eisdem diebus, et hoc secundum modum Strigoniensem. Alii enim dicunt, quod nec istis diebus /16^v/ servari potest propter laudes proprias feriales, sed debet anticipari ad sabbatum proximam ante Ramispalmarum. **Item:** Si venerit feria quinta in Cena Domini, vel feria sexta, vel sabbato magnæ hebdomadæ, tunc debet transponi extra octavam Resurrectionis Domini. Alias enim servari non potest, nisi post octavam. **Item:** Notatur, quandocumque fuerit propria præfatio de aliqua sollemnitate, ut puta de Resurrectione, de Ascensione et Pentecostes, tunc infra octavam eiusdem etiam proprium « Communicantes » dicitur, sicut in festo eiusdem. Si tale festum octavam non habuerit, tunc proprium « Communicantes » tantum ipso die festo legetur, sed si præfatio propria non dicitur, sed communis, tunc etiam « Communicantes » non propria, sed commune dicitur.

De Annuntiatione.

[5.]

Hic nota de fest[is] Annuntiationis h[er]e[ta]ta[rum] Virginis, quando n[on] venerit in dominicam Ramispalmarum. [1. b]

Cautelam nota. [5.]

[Nota], « Communicantes » quando dicitur. [5.]

Nota, quando « Communicantes » dici debet. [5.]

Item: Notatur in die Cinerum,

quod ad matutinas invitatorium cum psalmis et antiphonis ferialibus, quæ in ordine psalterii existunt, debent legi. **Item:** Ad homeliam, scilicet *Cum ieiunatis*, responsoria quære in dominica sequenti, videlicet Invocavit me. Primum responsorium: *Paradisi porta[s]*, secundum: *Emendemus*, tertium: *Abscondite* solum isto die dicuntur, sed ad alias homelias ceterorum dierum sequentium usque ad dominicam Invocavit responsoria dicuntur de dominica præcedenti. **Item:** FERIALES laudes, ut in libro psalterii, cum hymno feriali. Capitulum proprium. Antiphona ad Benedictus propria. Et post antiphonam « Kyrie, Christe, Kyrie. Pater noster ». Deinde incipiuntur preces cum psalmis. Oratio propria. Antiphona super populum: *Convertimini ad me*. Versiculus: *Propitius esto*. Collecta: *Parce Domine parce*. Et finitur ferialiter cum Benedicamus Domino. Postea psalmi *Domine ne in furore tuo, Beati quorum, Domine ne* et cetera pro defunctis dicuntur. Ad quamlibet horam unus psalmus de septem psalmis dicitur, et hoc post preces. Et plura suffragia non dicuntur in horis diurnis per totam Quadragesimam, nec de dominica, /17^r/ nec de aliis, sed omnia suffragia consueta peraguntur in horis beate Virginis, excepta oratione dominicæ, quia de dominica non faciunt in Quadragesima suffragia, et cetera. **Item:** Nota, quod litania et preces incipiunt in die Cinerum, et dicuntur per totam Quadragesimam, sive servetur de sanctis, sive de vigilia, extra dominicam, quia die dominica sive in primis vespers, sive in matutinis dominicalium, sive in parvis horis eiusdem, necnon secundis vespers preces non dicuntur. **Item:** Notatur, quando litania <et preces> postponuntur²³ feria sexta proxima ante dominicam Iudica, preces vero omittuntur feria quarta maioris hebdomadæ in nona. **Item:** Usque dominicam Invocavit antiphona super populum semper pro suffragiis in matutinis et in vespers dicitur *Convertimini ad me* cum versiculo, oratio autem propria dicitur illius diei. **Item:** Incipiens ab ista die usque ad dominicam Invocavit, semper ad omnes horas diei, videlicet ad primam antiphona: *Tu mandasti*. Capitulum: *Omnis homo*. Ad completorium vero capitulum: *Tu in nobis*. Hymnus: *Te lucis*, sicut alias in completorio communi, et similiter ad parvas horas diei dicuntur antiphonæ et responsoria de psalterio, exceptis capitulis propriis et collectis cum singulis diebus ferialibus existentibus usque ad dominicam Invocavit. Antiphonæ, hymni, responsoria, versiculi semper ferialia in ordine libri breviarii continentia, et cetera. Primo ante missam orationes leguntur sub silentio ad benedicendos cineres. Post orationes vero a cantore incipiuntur antiphonæ *Immutemur habitu* et *Inter vestibulum*, et interim imponuntur cineres, primo sacerdoti celebranti ab alio sacerdote, si adest; aliquando ipsi, genibus flexis. Si

Nota, litania in-
cipitur et l. [1. b]

Quando preces
omittuntur. [1. b]

Quando benedicimur
cineres. [1. b]

²³ Coni.: quod ... postponitur

ipsi coram altari cineres imposuit, consequenter accedens communiter ad recipiendos cineres, inibi astans, dicitur ipsis per sacerdotem celebraturum:

Memento, homo, quia cinis et pulvis es, et in cinerem et in pulverem reverteris!

Post per eundem sacerdotem celebraturum incipitur *Exaudi nos Domine* cum psalmo, scilicet *Salvum me fac*. Sequitur per sacerdotem « Oremus », diaconus dicit « Flectamus genua », « Levate ». Deinde oratio: *Concede nobis /17^r/ Domine presidia malitiæ.*²⁴ Et ista oratio dicitur solum isto die, aliis vero diebus post *Exaudi* dicitur versiculus *Peccavimus cum patribus*, deinde « Oremus », diaconus dicit « Flectamus », oratio: *Parce Domine parce*. **Item:** Ad processionem: *Emendemus in melius*. Et cum venerint ad locum destinatum, statim debet incipi psalmus, scilicet *Miserere mei*. « Kyrie, Christe, Kyrie. Pater », a sacerdote dicitur « Et ne nos ». Versiculus: *Domine non secundum peccata*. « Oremus », diaconus: « Flectamus genua », « Levate », *Exauditor omnium Deus*, « Per Christum Dominum ». Post hoc, ibidem stando, incipit litania a duobus sacerdotibus vel pueris, et legitur usque ad medium, et cum pervenerint ad medietatem litaniam, econverso redibunt ad chorum. Finita litania, dicitur antiphona *Media vita*. Hisque finitis, per unum sacerdotem **respondetur** versiculus *Peccavimus*. Oratio dicitur super populum istius diei, in quo die missa dicitur vel cantatur. **Item:** Nota in missa die Cinerum et etiam ab hoc usque ad dominicam de Passione post orationem diei secunda oratio dicitur *A cunctis*, tertia *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum* et cetera, sed diligenter scire debes, quod quarumlibet dierum in Quadragesima, statim post « Dominus vobiscum », sequente, a sacerdote dicitur « Oremus », a diacono vero **respondetur** « Flectamus genua », « Levate », et hoc semper ante orationem dierum ferialium, postea aliam orationem supradictam, vel sive quæ sunt, istæ duæ orationes semper similiter sub una conclusione, et ista intellige diebus singulis ferialibus in Quadragesima. **Item:** De oratione super populum taliter debet notari, ut quemadmodum post introitum tres orationes cum tribus secretis dicuntur, eodem modo post communionem similiter tres complendæ dicuntur, post tertiam vero complendam sive orationem debet dicere sacerdos absolute: « Oremus », diaconus, si in officio diaconatus fuerit, respondet: « Inclinate capita vestra Deo », si vero diaconus non **fuerit**, tunc ipse sacerdos, postea dicit orationem super populum, videlicet: *Inclinantes se*, et iste modus servatur usque ad quartam feriam maioris hebdomadæ inclusive. **Item:** In missa dierum Cinerum /18^r/ incipient tractus, videlicet *Domine non secundum peccata* et cetera, et dicuntur usque ad quartam feriam mediæ Quadragesimæ, quia in mediâ Quadragesima incipiunt tractus *Rex regum*. **Item:** Præfatio omnibus diebus quadragesimalibus tam ferialibus quam dominicalibus usque ad dominicam de Passione dicitur Domini *Qui corporali ieiunio* ferialiter. **Item:** In secundis vespere diei Cinerum dicuntur psalmi feriales cum antiphonis fe-

Item: Post orationem benedicitur cineres ante processionem. [3.]

[Nota] de orationibus, [pro] ut servanda. [1. b]

Nota bene. [1. b]

[D]e oratione [su]per populum [1. b]

²⁴ Coni.: *militia*

rialibus, scilicet: *Nisi tu Domine*. Capitulum de die. Hymnus, ut in psalterio. Versiculus feriales.²⁵ Responsorium: *Convertimini ad me*. Antiphona propria ad Magnificat cum precibus et psalmis, sicut in matutinis. Similiter in completorio dicuntur preces cum psalmo. Oratio diei dicitur propria cum commemoratione super populum, ut in matutinis et in omnibus horis, necnon in secundis vespere usque ad dominicam Invocavit.

Item: Notatur, quod ad primam in Quadragesima semper responsum semper debet sic legi *Christe Fili*, versus: *Qui sacraisti sanctum ieiunium miserere nobis*. Versiculus: *Circumdabit te veritas eius*.

Item: Notatur de dominica Invocavit.

Item: PRIMO IN SABBATO. Statim, finita missa, incipiunt primæ vespere. Antiphona ad vespere: *Adventum nobis*, tantum una antiphona cum psalmo *Benedictus* cum ceteris psalmis. Et ista antiphona *Adventum* dicitur ad omnes vespere quadragesimales tam dominicales, quam feriales usque ad dominicam de Passione Domini. **Item:** Primæ vespere diebus sabbatis quadragesimalibus et etiam secundæ vespere diebus dominicis semper debent legi sollempniter sine precibus una cum completorio, quia diebus sabbatis preces semper expirabunt in nona cum septem psalmis integre usque ad finem. **Item:** Antequam die proxima sabbati ante Invocavit primæ vespere incipiuntur, velum templi sursum debet ligari, et quando legitur in passione Domini « Et ecce velum templi scissum est » feria quarta maioris hebdomadæ, tunc debet velum deponi, et iam ulterius non sursum ligari. Capitulum proprium. Responsorium proprium. Hymnus ad vespere: *Ex more docti* cum versu. Antiphona ad Magnificat propria. Oratio propria, et nullum suffragium. **Item:** Ad completorium de sero sabbati ante diem dominicam Invocavit antiphona: *Miserere mihi Domine*. Psalmus: /18°/ *Cum invocarem*. Hymnus: *Christe qui lux*. Capitulum: *Frangere esurienti*. Responsorium: *Illumina oculos*. Versiculus: *Scuto circumdabit te*. Antiphona ad Nunc dimittis: *Vigilate ergo*. Oratio: *Deus qui illuminas*. **Item:** Diebus sabbatis post completorium de sero semper *Salve regina* dicitur cum versibus et prosis. **Item:** In die sancto matutinum perficitur cum antiphonis propriis et psalmis matutinalibus, antiphonæ scilicet *Adventum nobis*, *Commendemus*, *Per arma*; intelliguntur ad alias horas istius diei absque prima, quia antiphona ad primam dicitur usque ad Passionem Domini omnibus diebus dominicis et similiter aliis diebus ferialibus *Cum videris nudum*. Capitulum: *Frangere esurienti panem*. Oratio ad primam: *Domine sancte Pater*. Oratio ad completorium: *Deus qui illuminas*, et non dicitur

²⁵ Sic. Malim: *psalterio, videlicet ferialis*

aliqua propria oratio **Item:** In aliis diebus dominicalibus præcise usque Pascha dicuntur propriae antiphonæ ad psalmos nocturnorum dominicalium, quæ etiam dicuntur ad parvas horas illorum dierum dominicalium semper, excepta prima. **Item:** Ad matutinum Te Deum non dicitur. Psalmi ad laudes: *Miserere*, *Confitemini* ut supra. Capitulum proprium. Hymnus in prima dominica quadragesimali dicitur *Clarum decus*, in secunda *Aures ad nostras*, et sic consequenter. Antiphona ad Benedictus propria. Oratio propria, et nullum suffragium, et sic intellige usque ad Passionem Domini omnibus diebus dominicis. **Item:** Ista antiphona *Advenerunt nobis* usque ad Passionem Domini dicitur omni die ad vespas dominicalium, necnon ferialium, et cetera. **Item:** Istæ antiphonæ, scilicet *Advenerunt nobis*, *Commendemus*, *Per arma* semper ad parvas horas feriarum dicuntur usque ad Passionem Domini, scilicet Iudica me. **Item:** Ad missam prima processio, Asperges me cum versiculo et collecta. In processione responsorium dicitur *Ductus est Iesus*, in redeundo vero dicitur hymnus *Ex more*. Missa /19'/ peragitur ordine suo cum tractibus. Credo dicitur. Præfatio *Qui corporali ieiunio* in diebus dominicis quadragesimalibus sollemniter cantatur, in feriis ferialiter cantatur, et hoc usque ad Passionem Domini. Et missa finitur cum Benedicamus Domino. **Item:** In secundis vespas in dominica quadragesimali cantetur cum antiphona *Advenerunt nobis* usque ad Passionem Domini. Psalmi: *Dixit Dominus* per ordinem. Capitulum proprium. Responsorium: *Ductus est Iesus*. Hymnus: *Ex more*. Versiculus: *Angelis suis*. Antiphona ad Magnificat propria. Oratio propria cum completorio sine precibus. **Item:** Notatur, quod quando diebus ferialibus litania dicitur, tunc talibus ad preces « Confiteor » in psalmo²⁶ et completorio dicitur. **Item:** In missa feriarum, etiam quando litania dicitur, tunc etiam semper tractus dicuntur. **Item:** Diebus ferialibus in ieiunio ad psalmos nocturnales in matutino antiphonæ dicuntur de psalterio, quæ sunt post psalmos. **Item:** A dominica Invocavit incipiendo, per totam quadragesimam hymnus, qui dicebatur ad laudes dominicæ, idem hymnus debet legi ad laudes feriarum; eiusdem dominicæ hebdomada in feriis tenetur, et non dicitur hymnus iam de psalterio, sicut alias dicebatur in æstate ad ferias, aut sicut dicebatur in Septuagesima ad ferias. **Item:** <Hymnus>²⁷ vespas feriarum semper, facta missa, dicuntur cum antiphona *Advenerunt* cum psalmis ferialibus et responsoriis et hymnis istius dominicæ. Intus hebdomadam servatur talis feria, et tunc etiam in vespas istius feriæ responsorium dicitur, videlicet: *Spes mea* vel *Esto nobis* cum antiphonis et orationibus propriis, necnon propriis precibus, et etiam in talibus feriis ad completorium responsorium dicitur *Illumina oculos*, vel aliud responsorium, in qua ista feria hebdomada servatur, et cetera. **Item:** Aliis diebus ferialibus, in quibus in missa litania vel tractus non dicuntur, etiam in vespas responsorium non dicitur, neque in completorio²⁸ responsorium, neque

²⁶ Sic. Malim: *prima*

²⁷ Coni.: *secundæ*

²⁸ Orig. del.: *in precibus*

« Confiteor » in precibus dicuntur, sed Credo semper dicitur /19^o/ in feriis precibus.

Item: Notatur, quod responsoria de dominicis et etiam de feriis ad parvas horas a dominica Invocavit cum alia dominica, scilicet Reminiscere usque ad dominicam Oculi dicuntur ista, scilicet: *Participem fac me Deus* cum aliis duobus responsoriis. **Item:** A dominica Oculi cum alia dominica, scilicet Lætare Ierusalem, dicuntur ista responsoria: *Bonum mihi Domine* cum aliis duobus responsoriis usque ad dominicam de Passione Domini. **Item:** Dominica de Passione Domini cum alia dominica Ramispalmarum usque ad diem Cenæ dicuntur ista responsoria, scilicet *Erue a framea* cum aliis duobus responsoriis, et cetera. **Item:**

FERIA SECUNDA POST DOMINICAM INVOCAVIT invitatorium dicitur istud: *Non sit vobis vanum*, et istud invitatorium durat diebus ferialibus usque ad dominicam Oculi.

Item: Ante psalmos feriales²⁹ antiphona super populum dicitur in matutinis et in vespis, scilicet *Vino ego* cum versiculo et collecta istius diei, in quo servatur feria. **Item:** Notatur

IN FESTIS DE QUADRAGESIMA. Nota, in Quadragesima et etiam in vigiliis sanctorum non sit tam dies sollemnis beatæ Virginis vel alterius sancti, quando post ultimam homeliã festivitatis statim dicatur « Tu autem Domine », ³⁰ sed immediate ante responsorium festivitatis³¹ ³² debet incipi homeliã Quadragesimæ aut vigiliæ, et sic postea concluditur cum responsorio ultimo festivitatis, et sic, dum Benedicamus dicitur sollemniter, statim dicitur suffragium de feria aut quattuor temporibus aut de vigilia cum antiphona, precibus et psalmis et oratione, et in Quadragesima etiam dicitur super populum, et sic ultimo dicitur Benedicamus Domino ferialiter, et septem psalmi usque ad *De profundis* et *Domine exaudi* ultimum dicuntur. Et hoc pro secundis vespis, quia secundæ vespere in Quadragesima etiam, facta missa, sollemniter percantantur cum antiphona et psalmis, capitulo, hymno, versiculo et cum antiphona ad Magnificat et oratione, omnibus propriis, finiendo sollemniter, et concluduntur cum Benedicamus /20^o/ Domino, sicut in matutinis, et etiam sollemniter, deinde antiphona de feria, psalmis et collectis, necnon super populum, concludendo cum his duobus psalmis, scilicet: *De profundis* pro secundis vespis et *Domine exaudi* ultimum pro completorio, et sic finitur cum Benedicamus ferialiter. Ideo dicitur in vespis ultimum *Domine exaudi* pro completorio, quia in omnibus festivitibus et dominicis completorium legitur absolute sive³³ precibus tam post primas vespas, quam post secundas. **Item:** De sanctis tam primæ vespere, quam secundæ etiam post missam statim perleguntur, ut dictum est superius. **Item:** His diebus festis etiam antiphonæ ad

Nota, de festis in Quadragesima occurrentibus. [5.]

²⁹ Coni.: *pœnitentiales*

³⁰ Orig. del.: *statim dicatur*

³¹ Orig. corr. de *festivitibus*

³² Orig. del.: *diebus*

³³ Sic. Malim: *sine*

horas parvas, scilicet ad primam, tertiam, sextam, nonam dicuntur de laudibus eorundem festorum. Capitulum ad primam et ad completorium dicitur, sicut aliis diebus in Quadragesima, scilicet *Frange esurienti* aut *Confundantur qui me*. Et oratio ad primam: *Domine sancte Pater*, et ad completorium: *Deus qui illuminas*. **Item:** Notatur, si de festo servatur, tunc etiam missa ferialis debet cantari ante sollemnizationem missæ festivalis, quia missa festivalis communiter sollemnizatur in choro. **Item:** Omnibus diebus sabbatis dominicalium in Quadragesima propter sollemnitatem ad completorium responsorium dicitur. Etiam in festis diebus in feriis occurrentibus propter sollemnitatem ad completorium post primas vespervas et secundas semper responsorium dicitur. **Item:** Istis diebus prædictis tabulæ sollemnes in ecclesia existentes semper aperiuntur propter sollemnitatem. **Item:** Notatur, quod

*Quando tabula
aperiuntur. [1. b]*

Iudica. [1. b]

IN SABBATO PROXIMA ANTE DOMINICAM IN PASSIONE DOMINI antiphona ad psalmos vespertinos dicitur *Anima impiorum*. Psalmi: *Benedictus*. **Item:** In missa præfatio dicitur *Qui salutem humani* cras, in die dominico. **Item:** Adhuc in primis vespers capitulum proprium. Responsorium: *Circumdederunt* cum versu, sine « Gloria ». Hymnus: *Vexilla regis*. /20°/ Versiculus: *De ore leonis*. Antiphona ad Magnificat propria. Ad completorium: *Miserere mihi*. Psalmi: *Cum invocarem*. Hymnus: *Christe qui*. Capitulum: *Confundantur qui me*. Versiculus: *Usquequo exaltabitur*. Antiphona ad Nunc dimittis: *O rex gloriose*. Oratio: *Deus qui illuminas*. **Item:** Hæc antiphona *O rex gloriose* ad Nunc dimittis canitur isto tempore, quando in secundis vespers dominicæ vel etiam ferialis responsorium, et in completorio, vel etiam quando in precibus « Confiteor » dicitur; sed quando in vespers responsorium non dicitur, neque in completorio, tunc ad Nunc dimittis dicitur antiphona *Gregem tuum Domine*, et hoc feria tertia, feria quinta erit. Oratio: *Deus qui illuminas*. Et ista supradicta intellige a die Passionis Domini usque ad dominicam Ramispalmarum. **Item:** Ad introitus missarum a die Passionis Domini usque ad diem Cenæ « Gloria Patri » non dicitur neque ad responsoria matutinalia, neque ad responsoria vespervarum, neque ad completorium, neque ad responsoria aliarum horarum, sed ad psalmos nocturnales sive vespertinos, necnon ad psalmos completorii usque ad diem Cenæ « Gloria Patri » dicitur. **Item:** In missa Passionis Domini, ut dictum est, præfatio *Qui salutem* usque ad diem Cenæ dicitur, et similiter in Cena Domini ista præfatio dicitur. **Item:** In matutinis et in die Passionis Domini ad *Venite* « Gloria » non dicitur. **Item:** Antiphona ad psalmos nocturnales prima: *Ego demonium*. Secunda: *Ego gloriam*. Tertia: *Abraham pater*. Laudes propriæ cum capitulis propriis. Hymnus matutinalis per totum usque ad diem Cenæ *Pange lingua*. Antiphona ad Benedictus propria. Similiter oratio. **Item:** A dominica Passionis Domini, ³⁴ videlicet ³⁵ dominica<m> Iudica ad psalmos nocturnales in matutino usque ad dominicam Ramispalmarum antiphonæ dicuntur de psalterio diebus ferialibus, sicut alias dicebantur.

³⁴ Orig. del.: *usque*

³⁵ Orig. del.: *ad*

Item: Ad primam antiphona: *Libera me Domine*. Psalmus: *Deus Deus meus respice*. Capitulum, ut in completorio. Responsorium: *Christe Fili*, versus: *Qui passus es pro nobis*. Ad primam « Gloria Patri » non dicitur. /21^r/ **Item:** Ad tertiam, sextam, nonam antiphonæ dominicales dicuntur, ut supra. Responsorium ad parvas horas dicitur *Erne a frama* cum aliis responsoriis, ut supra. **Item:** Ad primam diebus ferialibus etiam dicitur hæc antiphona, scilicet: *Libera me Domine*, sed ad parvas horas ferialium istæ antiphonæ, videlicet: *Anima impiorum*, ad tertiam: *Abraham pater*, ad sextam vero: *Quinquaginta annos*, et istæ antiphonæ feriales debent dici omnibus diebus usque Ramispalmarum. **Item:** Ad secundas vespertas dominicalium et etiam ferialium antiphona semper: *Anima impiorum*. Psalmi: *Dixit* per ordinem. Capitulum proprium. Responsorium: *Circumdederunt me*, versus: *In te iactatus*. Hymnus: *Vexilla regis*. Antiphona ad Magnificat propria, et similiter collecta. **Item:**

FERIA SECUNDA POST DOMINICAM IUDICA ME in matutinis et vespertis antiphona super populum, videlicet: *Sicut exaltatus est serpens* et cetera. Versiculus: *De ore leonis* et cum collecta, et omnibus horis. **Item:** Notatur, quod feria secunda proxima post dominicam Iudica usque ad quartam feriam magnæ hebdomadæ inclusive in omnibus missis ferialibus post collectam feriale debet dici secunda collecta, videlicet *Ecclesiam tuam quæsumus Domine* et cetera, tertia vero collecta, videlicet: *Pietate tua quæsumus Domine*. **Item:** Notatur, quod

SABBATO PROXIMA ANTE RAMISPALMARUM in primis vespertis antiphona: *Anima impiorum*. Psalmi: *Benedictus*. Hymnus: *Vexilla regis*. Capitulum proprium cum oratione. Antiphona ad Magnificat propria. Responsorium: *Ingressus Pilatus* sine « Gloria ». Ad completorium responsorium: *Dixi conscendam in palmam*. **Item:**

IN DIE SANCTO in matutinis ad psalmos nocturnos antiphona: *Pueri Hebræorum tolentes*, secunda: *Pueri Hebræorum*, tertia: *Hosanna filio*. Alia omnia in ordine libri. Similiter istæ antiphonæ nocturnorum dicuntur ad omnes alias horas die dominicæ, scilicet ad tertiam, sextam et nonam. Ad primam vero diei dominicæ antiphona: *Mittens hæc mulier*. Psalmus: *Deus Deus meus*. Capitulum cum oratione, ut in completorio de sero hesterni. Responsorium: *Christe Fili*, *Qui passus es pro nobis*. /21^v/ **Item:** Ad secundas vespertas Ramispalmarum antiphona: *Anima impiorum* cum psalmis. Capitulum proprium. Responsorium: *Ingressus* vel *Ingradiente Domino* cum hymno, versiculo, antiphona ad Magnificat propria, cum collecta. **Item:** Ad completorium responsorium dicitur. Similiter in feriis, quando in vespertis responsorium dicitur, tunc etiam in completorio responsorium dicitur. **Item:** Diebus ferialibus etiam hæc antiphona, scilicet: *Mittens hæc mulier*, dicitur ad primam. Alia, ut supra, licet quod in his diebus sunt propriæ laudes feriales. **Item:** Ad tertiam in feria dicitur ista antiphona *Quid molesti estis*, responsorium vero de dominica. Ad sextam antiphona: *Ancilla dixit Petro*. Ad nonam: *Rogabo Patrem meum*. **Item:** Notatur

FERIA SECUNDA MAIORIS HEBDOMADÆ, quod invitorium dicitur *Ubi tentaverunt me*, ut supra. Psalmus: *Venite*. Ad psalmos nocturnales tantum una antiphona, scilicet:

Nota de collectis, que debent servari diebus ferialibus ante Ramispalmarum. [1. b]

Feria secunda. [4.]

*Infirmatus virtus est*³⁶ *mea*. Psalmus: *Dominus illuminatio*. Ad psalmos vero vespertinos similiter una antiphona: *Non sis mihi tu formidini*. Psalmus: *Dilexi quoniam*. Super populum antiphona: *Si oportuerit me mori tecum*. **Item:**

Feria tertia. [4.]

FERIA TERTIA MAIORIS HEBDOMADÆ invitatorium dicitur *Quadragesima annis*. Psalmus: *Venite*. Antiphona: *Tibi revelavi causam*. Psalmus: *Dixi custodiam*. Ad psalmos vespertinos antiphona: *Recordare mei Domine*. Psalmus: *Lætatus sum*. **Item:**

FERIA QUARTA MAIORIS HEBDOMADÆ invitatorium: *Quibus iuravi in ira*. Psalmus: *Venite*. Antiphona: *Quia ego tecum sum*. Psalmus: *Dixit insipiens*. Ad vespertas antiphona: *Consilium fecerunt inimici. Nisi Dominus*. Capitulum: *Dixit Isaias*. Responsorium: *Vadis propitiator*. Hymnus: *Vexilla*. Antiphona propria ad Magnificat. Preces vero exspiraverunt in nona in eadem quarta feria. Oratio solum una, scilicet: *Respice quasumus*, quæ erat super populum. Ad completorium antiphona: *Miserere* cum psalmis ad completorium pertinentibus secundum ordinem. Hymnus: *Christe qui lux*. Responsorium dicitur *In manus tuas*. Antiphona ad Nunc dimittis: *Simon dormis*. Oratio: *Deus qui illuminas*.

Feria quarta. [1. e.]

Item: Feria quinta in Cena Domini.

/22/ In matutinis « Domine labia, Deus in adiutorium » et invitatorium cum *Venite* non dicuntur, sed antiphona, scilicet *Zelus domus tua*, cum psalmo incipit absolute his tribus diebus, scilicet in Cena Domini, sexta feria et sabbato maioris hebdomadæ. Ad psalmos et ad responsoria « Gloria Patri » non dicitur, sicut prius etiam ad responsoria non dicebatur. Finitis psalmis et responsoriis, dicitur versiculus *Ampliat super me* et cetera. « Kyrie, Christe, Kyrie. Pater » integre sub silentio, et in fine Pater noster etiam versus. Neque benedictiones petuntur pro lectionibus, nisi simpliciter dicuntur lectiones. Laudes dicuntur per ordinem cum psalmis. Neque capitulum, neque hymnus cum versiculo, nisi antiphona dicitur ad Benedictus, videlicet *Traditor autem*. His finitis, dicitur « Kyrie, Domine miserere nobis. » **Item:** His tribus diebus prædictis post matutinas in processione dicitur iste hymnus: *Rex Christe*, et cum pervenerint ad sanctum sepulcrum, ibi flexis genibus legitur *Miserere mei Deus* per totum sub silentio, cum Pater noster et collecta *Respice quasumus* absolute sine « Oremus » et sine « Per Dominum ». **Item:** Notatur, quod his tribus diebus, videlicet Cena Domini et sexta feria et Sabbato Sacro parvæ horæ debent sic legi. Ad primam psalmi: *Deus in nomine, Beati, Retribue, Laudate Dominum, Miserere mei* primum. Versus: *Christus factus*. Pater noster. Oratio: *Respice quasumus*, finiendo absolute, et nihil plus. Ad tertiam psalmi, sicut

³⁶ Coni.: *Infirmata est virtus*

alias, ultimo psalmus *Miserere mei* primum. Versus: *Christus factus*. Pater noster. Oratio: *Respice*, nihil plus. Et isto modo ad sextam et ad nonam [non] debet dici « Oremus », neque capitulum, neque responsum, nisi cum psalmo *Miserere mei* concludi. **Item:** Notatur, quod in die Cenæ cum aliis duobus diebus, videlicet sexta feria et Sacro Sab- bato, sequentibus in matutinis tredecim candelæ incenduntur, immo non sum bene expertus in mysterio, fortasse quindecim debent fore. Sed ex illis tredecim candelis in fine cuiuslibet psalmi matutinalis unaquæque candela ³⁷ /22^o/ exstinguitur, et in fine solum permanebit una candela, præcise desursum infigata, quousque Benedictus Domi- nus Deus Israel finietur. Post hoc illa etiam exstinguitur propter redemptionem po- pulorum. **Item:** Duodecim candelæ significant duodecim Apostolos, sicut enim duo- decim candelæ post sese exstinguuntur, ita etiam ipsi Apostoli in hora passionis Christi dubitaverunt in fide de resurrectione Christi, et sic non fuerunt in fide stabiles, sed exstincti. Sed decima tertia candela significat beatam Virginem Mariam, quia sicut ul- tima candela exstinguitur post Benedictus, et prius semper superlucet, sic in beata Virgine numquam defuit fides, sed semper luxit, scilicet ante passionem et post passi- onem, et sic redemptio populi numquam fuit exstincta in fide, sed semper luxit iugiter. Igitur non, solum in beata Virgine mansit fides. **Item:** Matutino diei etiam in die Ce- næ Te Deum non dicitur. **Item:** Ipso die Cenæ ad officium missæ « Gloria Patri » non dicitur. **Item:** Notatur, quod Ite missa est semper sequitur Gloria in excelsis. Ideo quibuscumque diebus Gloria in excelsis non dicitur, in illis diebus missa finitur cum Benedicamus Domino. **Item:** Si in die Cenæ chrisma non consecratur, tunc Gloria in excelsis non dicitur; si vero consecratur, tunc Gloria in excelsis dicitur. **Item:** Credo non dicitur, sed præfatio dicitur *Qui salutem*. **Item:** In missa diei Cenæ in tertio « Agnus Dei » « dona nobis pacem » non dicitur, sed finitur, sicut prima duo « Agnus ». Neque ipso die pax datur, nec duobus diebus sequentibus propter Parasce- ve. **Item:** Cena Domini, Parasceve completorium peragitur sic. Psalmi: *Cum invocarem, In te Domine, Qui habitat, Ecce nunc, Nunc dimittis, Domine quid multiplicati. Christus factus est pro nobis*. « Kyrie, Christe, Kyrie ». Pater noster. Oratio: *Respice quasumus*, sine « Per Dominum ». Et sic istis prædictis duobus diebus completoria leguntur sub silentio propter Parasceve sine antiphonis et capitulis /23^o/ et sine versiculis. **Item:** Ad man- datum in Cena Domini de sero conveniendo omnes clerici, primo simpliciter incipit epistola sine titulo ad lectionis modum, deinde evangelium sine « Dominus vobis- cum » et sine titulo canitur, sed tamen festivaliter, ut ³⁸ his finitis, a cantore debent inci- pi antiphona et responsoria in libro continentia. Tunc dominus pontifex, vel archi- diaconus, vel quis deputatus ad hoc, interim quousque antiphona cum responsoriis canitur, pedes discipulorum per eundem pontificem vel suum deputatum lavari de- bent et osculari. His peractis, per eundem pontificem dicitur: « Mandatum novum do

³⁷ Orig. del.: *præcise*

³⁸ Coni.: *et*

vobis ». Chorus enim respondit.³⁹ « Ut diligatis invicem », et sic consequenter. Postea fiat sermo ad clerum, et interim altaria debent denudari, finito sermone, a duobus presbyteris. Incipit hymnus *Tellus ac athera* et cum [eo] ingrediuntur chorum, sed de isto hymno solum canuntur duo aut tres versus. Deinde episcopus antiphonam *Diviserunt sibi vestimenta sua*.⁴⁰ Psalmus: *Deus Deus meus respice*, resumendo antiphonam *Diviserunt*, et interim pontifex abluit altaria denudata. His omnibus completis, per chorum dicitur completorium sub silentio, et simili modo omnes aliæ trium dierum, exceptis matutinis, sub silentio et absolute. **Item:** Licet *Laudate Dominum omnes gentes* in tribus diebus, videlicet Cenæ, Parasceve, in Sacro Sabbato legitur de tempore, hoc est, de die ad primam loco *Quicumque vult*, tamen idem psalmus *Laudate Dominum oratio*⁴¹ debet legi in horis beatæ Virginis loco suo, sicut alias est lectum, et non *Quicumque vult*, sicut aliqui dicunt, quod *Quicumque* debet legi in horis beatæ Virginis loco *Laudate Dominum omnes gentes*, sed hoc non tenetur.

Item: Notatur, in Sacro Sabbato

/23^v/ maioris hebdomadæ, ex quo fontem in eodem die consecrant, solum eodem die non indigent sacrum fontem visitare, sed debent visitare in die Resurrectionis Domini inter secundas vespervas infra octavam Resurrectionis Domini usque diem sabbati proximi ante dominicam Quasi modo. **Item:** Sacrosancto Sabbato in missa Kyrie eleison de Resurrectione. Epistola, evangelium et etiam præfatio dicitur de Resurrectione Domini. **Item:** Gloria in excelsis dicitur, sed Credo non dicitur, nec offertorium dicitur, neque « Pax Domini », neque etiam Agnus Dei dicitur. **Item:** Missa finitur cum Benedicamus Domino, et addendo tria « alleluia » ad Benedicamus. **Item:**⁴² Vesperæ in Sacro Sabbato etiam dicuntur statim post missam, sicut in prædictis diebus. Antiphona ad vespervas tria *Alleluia*. Psalmus: *Laudate Dominum omnes gentes* sine « Gloria », et non plures psalmi. Antiphona ad Magnificat: *Vespere autem sabbati* sine « Gloria », et sic missa peragitur in Sacro Sabbato. **Item:** Completorium canitur in Sacro Sabbato sine « Deus in adiutorium », sicut prædictis duobus diebus. Psalmi: *Cum invocarem* sine « Gloria Patri ». Antiphona ad Nunc dimittis: *Alleluia pascha*. Oratio: *Spiritum nobis, Deus qui illuminas*. **Item:** Nota, quod in Passione Domini semper tabula debet stare aperta, et

³⁹ Coni.: *respondet*

⁴⁰ Coni.: *mea*

⁴¹ Coni.: *omnes*

⁴² Orig. del.: *Ad*

missa celebratur in casula, sed diaconus et subdiaconus non induunt dalmaticas, sed solum albis ministrant sacerdoti.

In festo Resurrectionis Domini.

Item: Notatur, quod in matutinis et omnibus aliis horis et similiter infra octavam eiusdem « Domine labia mea aperies » et « Deus in adiutorium » semper dicuntur, exceptis secundis vespere eiusdem et infra octavam existentibus, quia secundæ vespere propter sollemnitatem fontis et olei debent incipi cum « Kyrie eleison » novem. Sed multi, qui legunt /24^r/ vespere, possunt absque « Kyrie eleison » incipere vespere, scilicet cum « Deus in adiutorium meum », nisi in choro propter sollemnitatem fontis consecrationem⁴³ consueverunt vespere incipere novem « Kyrie eleison ». **Item:** In matutino post ultimam homeliam, dum chorales incipiunt istud responsorium: *Dum transisset*, debent procedere usque sepulcrum, et ibidem chorales versum cum « Gloria Patri » sollemnizabunt. Ibi ministri stantes, candelis accensis, thure et thuribulo ibi existentibus, et in tantum⁴⁴ unus levabit sepulcrum et ostium, et dominus pontifex sive plebanus præcedens, sollemniter thurificabit. Deinde Corpus cum parva cruce excipiet, quod impositum fuerat feria sexta maioris hebdomadæ, et sic excipit cum versiculo isto: *Surrexit Dominus de sepulcro alleluia, Qui pro nobis*, et interim circa altare beatæ Virginis calicem cum corporalibus præparant. Tunc dominus pontifex sive plebanus accedens, Corpus Christi super patenam tenens in manu honorifice et cum maxima reverentia, vertit se tribus vicibus ad populum cum Corpore Christi, cantando: *Pax vobis ego sum alleluia*. Chorus respondit:⁴⁵ « Nolite timere alleluia ». Deinde processio e converso redibit ad chorum, sollemnizando Te Deum. **Item:** Ad primam antiphona: *Angelus autem Domini*. Psalmi: *Deus in nomine, Confitemini, Beati, Retribue, Laudate. Hæc <est> dies* cum versu. Alleluia: *Pascha*. Oratio: *Spiritum nobis, Domine sancte Pater* et cetera. Et *Confitemini* loco *Quicumque* dicitur omni die usque ad octavam. Et isto modo parvæ horæ, scilicet tertiæ, sextæ, nonæ cum antiphonis et *Hæc <est> dies* per octavam leguntur. **Item:** Ad primam de die dicitur *Exsultabunt*⁴⁶ et commemoratio <ne> beatæ Virginis Mariæ post orationes. **Item:** Notatur, quod infra /24^v/ octavam Paschæ parvæ horæ beatæ Virginis et mortuorum cum missis non leguntur. **Item:** In secundis

In parvis horis beatæ Virginis et mortuorum cum missis, quod non leguntur. [3.]

⁴³ Orig. del. videtur: s

⁴⁴ Sic. Malim: *interim*

⁴⁵ Coni.: *respondet*

⁴⁶ Orig. del.: *cum*

vesperis primo novem « Kyrie » dicuntur, et hoc tantum in choro. Deinde antiphona: *Angelus autem Domini* cum duabus antiphonis sequentibus. Psalmus: *Dixit Dominus* cum duobus. Postea *Hæc dies*. Alleluia: *Pascha*. Antiphona ad Magnificat: *Et dicebant ad invicem*. Postea cum processione descendit ad sacrum fontem, cantando *Vidi aquam*, et circumeundo fontem nonies, et consequenter ibi duæ antiphonæ cum duobus psalmis vespertinis perficiuntur. Deinde dicitur versiculus cum collecta. Postea canitur responsorium *Christus resurgens*. Interim processio rediit ad chorum. Postea in choro dicitur versiculus cum collecta, et tandem finitur vespera cum Benedicamus Domino et tribus « alleluia ». **Item:** Ad completorium psalmi: *Cum invocarem*. Graduale: *Hæc <est> dies* cum versu. Antiphona ad Nunc dimittis: *Alleluia resurrexit Dominus*. Oratio: *Spiritum nobis, Deus qui illuminas*. **Item:** Notatur, quod secundæ vesperæ extra chorum non dividuntur, sicut modo prædicto, sed quinque antiphonæ cum quinque psalmis dicuntur post unum alterum. Deinde *Hæc dies* cum versu. Postea antiphona cum Magnificat. Tandem oratio istius diei. **Item:**

IN FESTO RESURRECTIONIS DOMINI USQUE AD SABBATUM PROXIMAM ante dominicam Quasi modo ad matutinas et ad omnes alias horas hymnus et capitula non dicuntur. **Item:** Nota, quod infra octavam Resurrectionis Domini invitatorium: *Surrexit Dominus vere alleluia*. *Venite*. Antiphona: *Cognoverunt Dominum*. Versiculus: *Surrexit Dominus de sepulcro*. Homelia omni die dicitur. Te Deum dicitur. Laudes: *Angelus*. *Hæc dies* cum versu istius diei. Antiphona ad Benedictus, ut in libro. Solum oratio una dicitur. **Item:**

TEMPORE PASCHALI DIEBUS FERIALIBUS, /25^r/ sive in primis vesperis, sive in secundis, antiphona ad psalmos: *Pax vobis*. Responsorium non dicitur. Capitulum et oratio de dominica. Hymnus: *Chorus nova*. Versiculus: *Mane nobiscum*. Antiphona ad Magnificat. In matutinis vero antiphona ad psalmos nocturnales: *Cognoverunt*. Laudes: *Gavisii sunt*. Hymnus: *Aurora lucis*. Ad horas conclusio hymnorum: « Quæsumus auctor omnium, Gloria tibi Domine qui surrexisti ». In missa vero feriali Alleluia semper pro graduali *Surrexit pastor* vel *Angelus Domini*. Sequentia: *Mundi renovatio*. Præfatio de Resurrectione.

Item: Notatur de sanctis tempore paschali

primo, quod licet in matutinis secure sint lectiones propriæ de aliquo sancto, tamen primo legitur homelia *Ego sum vitis vera*, deinde lectiones propriæ. Laudes: *Sancti tui Domine*. Hymnus: *Tu tuo latus*. **Item:** Conclusio hymnorum de sanctis: « Gloria tibi

Domine qui surrexit⁴⁷ ». **Item:** Ad primas vesp̄as de sanctis antiphona semper: *Pax vobis*. Quinque *Laudate*. Capitulum: *Omne gaudium*. Versiculus: *Stabant iusti in magna*. Antiphona ad Magnificat, ut in libro breviarii. **Item:** In missa de sanctis Kyrie canitur paschale. Pro graduale *Surrexit pastor bonus*. Postea propria Alleluia. Sequentia de Resurrectione Domini, et ista supradicta dicuntur usque ad Ascensionem Domini.

Item: Quando servatur de sanctis, tunc post orationem diei secunda oratio dicitur de dominica, tertia dicitur de omnibus sanctis, scilicet *Conserva*, et hoc in missa debet intelligi. **Item:** Secundæ vesp̄æ de sanctis leguntur cum antiphonis de laudibus, scilicet *Sancti tui Domine*, et hymnus *Vita sanctorum* dicitur in primis vesp̄is, quam in secundis, de sanctis. **Item:** De sanctis dicuntur benedictiones: ad homeliã dicitur primo *Sancti evangelii*, ad proprias vero lectiones *Benedictione perpetua* et *Unigenitus*. **Item:** Quando de sanctis servatur tempore paschali usque ad Ascensionem Domini, tunc suffragium non debet fieri de Resurrectione Domini, nisi de dominica istius hebdomadæ, cuius servatur de sanctis; sed alia suffragia sequuntur, primo de sancto Petro /25^v/ et Paulo, deinde de sancto Adalberto antiphona: *Beatus vir*, de omnibus sanctis antiphona: *In caelestibus regnis*, de pace: *Da pacem*, sed quando feria servatur aut dominica includitur in aliqua feria, tunc suffragium non debet fieri de dominica, nisi de Resurrectione Domini antiphona de Resurrectione: *Surrexit Dominus de sepulcro*. Versiculus: *Surrexit Dominus vere alleluia*. Deinde de sancta cruce, de sancto Adalberto et omnibus sanctis, de pace.

Item: Vigilia beatorum Apostolorum Philippi et Iacobi, ut incipit vigilia in sancti Vitalis, et in ferbris non habetur eius vigilia. Christiani vero, qui eos ipsius in Apostolos debent imitari. [3.]

Item: Ista suffragia prædicta

debent incipi secunda feria proxima post dominicam Quasi modo. **Item:** Horæ beatæ Virginis debent incipi sabbato ante dominicam Quasi modo, et mortuorum debent incipi secunda feria proxima post dominicam Quasi modo. **Item:** Diebus sabbatis tempore paschali, quando in homelia, videlicet *Stabant iuxta crucem*, legitur pro beata Virgine, tunc sexta feria ante sabbatum debent primæ vesp̄æ beatæ Virginis cum quinque *Laudate*. Tunc antiphona ad Magnificat: *Regina cæli*. In completorio antiphona ad Nunc dimittis: *Alleluia sancta Dei Genitrix alleluia*.

Parva hora de beata Virgine quando incipi debent. [3.]

⁴⁷ Coni.: *surrexisti*

Item: Notatur in octava Paschæ,

quod sabbato proxima ante dominicam Quasi modo antiphona dicitur *Pax vobis*. Psalmus: *Benedictus* cum aliis psalmis. Capitulum: *Expurgate vetus fermentum*. Responsorium: *Dum transisset*. Hymnus: *Chorus nova*. Versiculus: *Surrexit Dominus*. Antiphona omnibus diebus sabbatis usque ad Ascensionem ad Magnificat dicitur: *Maria Magdalene*. Oratio de Resurrectione. Et in completorio ad Nunc dimittis antiphona, sicut in Sacro Sabbato: *Alleluia pascha*. **Item:** Post Pascha omnibus diebus dominicis tam in primis vespers diei sabbati, quam etiam in missa, necnon in omnibus horis diei dominicæ et in secundis vespers eiusdem solum dicitur oratio una, sicut in festo Resurrectionis Domini, quia post octavam omnibus dominicis et diebus sabbatis servantur omnes horæ præcise, sicut in festo Resurrectionis Domini, excepto isto, quod non dicitur *Hæc dies*. /26/ **Item:** Præfatio de Resurrectione Domini. **Item:** Alia suffragia dicuntur in horis beatæ Virginis. **Item:** Ad primam antiphona: *Angelus autem Domini*. Psalmi: *Deus in nomine tuo*, *Confitemini*, *Beati*, *Retribu* et *Quicumque*, et hoc diebus dominicis. Capitulum: *Christus resurgens*. Responsorium: *Iesu Christe, Qui sine*.⁴⁸ Oratio: *Spiritus nobis, Domine sancte Pater*. **Item:** In secundis vespers diei dominicæ antiphonæ: *Angelus autem Domini*. Psalmi: *Dixit* per ordinem. Etiam alia in Resurrectione Domini **vel die sabbati**. Antiphona ad Magnificat: *Et dicebant*. Ad completorium antiphona *Alleluia resurrexit Dominus* ad Nunc dimittis omnibus diebus.

Item: Dominica Quasi modo geniti,

MISERICORDIA DOMINI CUM SEQUENTIBUS DOMINICIS usque Ascensionem Domini transponuntur ad feriam secundam propter octavam Resurrectionis Domini. **Item:** Si post octavam Paschæ aliquod festum venerit in secunda feria sollemne, tunc potest dominica ista postponi ad secundam diem, sicut in æstate, et legere de tali sancto vel festo. **Item:** Diebus paschalibus tam dominicis, quam ferialibus sive primis, sive secundis vespers iste hymnus dicitur semper. **Item:** Sciendum est, quod quandocumque diebus ferialibus dominica includitur ante feria semper⁴⁹ servatur, et iam ad diem crastinam de uno alio sancto servare intendetur, tunc secundæ vespere istius dominicæ ferialiter inclusæ aut de ista feria simplici non leguntur, quia ista dominica ferialiter

⁴⁸ Coni.: *surrexisti*

⁴⁹ Coni.: *aut feria simplex*

inclusa vel ista feria simplex non indiget secundis vesperis, nisi sit simpliciter suffragium de ista dominica. **Item:** Notatur de dominica. **Ubi** inchoa[re]tur ista dominica Quasi modo post Resurrectionem, debet cantari istud officium: *Resurrexi*, sicut in die Resurrectionis Domini cum omnibus aliis pertinentibus suis. Et pro graduali canitur *Angelus Domini*. Alia, sicut in Resurrectione Domini.

Item: Tertia dominica

de Resurrectione Domini. **Ubi** inchoaretur ista dominica Misericordia Domini, pro graduali canitur Alleluia *Surrexit pastor*, et sic in sequentibus tribus dominicis debet intelligi, videlicet pro graduali Alleluia *Surrexit pastor bonus*. **Item:** Notatur, quando inter octavas Resurrectionis Domini /26^v/ imponitur dominica feria secunda, ut est consuetudo impositionis, propterea quia die dominica octava Resurrectionis Domini cantatur, tunc eadem feria secunda debent legi secundæ vesperæ istius dominicæ impositæ, et hoc ideo, quia die dominica secundas vesperas <de> de octava Resurrectionis Domini legerunt, licet secure die, scilicet crastina feria tertia, servetur de sanctis, et tunc de sanctis vel de festo futuro debet fieri suffragium, vel debent legi primæ vesperæ, si est conveniens festum. **Item:** Notatur, quod a dominica prima Resurrectionis Domini, quæ dicitur Quasi modo geniti, usque ad expirationem octavarum Resurrectionis Domini in omni sabbato ad completorium et die dominico cras ad primam, necnon ad completorium eiusdem diei dominicæ debet legi ista oratio, videlicet: *Spiritalum nobis*, ante cottidianam orationem, sed aliis diebus ferialibus debet legi ista, videlicet: *Præsta quasumus*. **Item:** Infra octavam Resurrectionis Domini ad completorium debet legi idem versus cum Alleluia post *Hæc dies*, qui legebatur in matutinis et vesperis et omnibus aliis horis istius diei, et hoc, quousque capitulum et responsorium et hymnus inchoatur.

Item: Notatur de Rogationibus.

Nota, SECUNDA FERIA Rogationi proxima Te Deum dicitur propter officium diei dominicæ, ex quo officium dominicale secunda feria peragitur; aliquando neque feria secunda dicitur Te Deum. **Item:**

FERIA TERTIA ROGATIONUM Te Deum non dicitur. Et præfatio cottidiana dicitur in missa. **Item:** Feria tertia Rogationum secundæ vesperæ sic aguntur: videlicet capitulum et antiphona ad Magnificat et collecta de dominica præcedenti dicuntur. **Item:**

FERIA QUARTA ROGATIONUM, videlicet in vigilia Ascensionis Domini Te Deum laudamus. Et in missa tantum unum Alleluia dicitur. Et præfatio cottidiana dicitur. **Item:** In eadem vigilia nullum suffragium peragitur plus, nisi solum collecta istius vigiliæ, si autem aliquis voluerit, poterit addere collectam diei dominicæ vel alicuius festi **potenter** occurrentis sub una et eadem conclusione cum oratione ipsius vigiliæ, et cetera. /27'/

Item: Notatur de Ascensione Domini.

Et [notat]ur primo, quod a festo Ascensionis Domini incipit, usque ad dominicam futuram non debent fieri suffragia de aliqua dominica per totam octavam, sed omnia suffragia peragantur in horis beatæ Virginis. **Item:** Notatur, consulunt aliqui, quod iam expleta octava Ascensionis Domini, die crastina, videlicet feria sexta, ex quo iam expiraverunt omnia capitula et collectæ tam ad primam, quam ad completorium, et sic debent uti cottidianis capitulis et collectis, necnon præfatione, et sic servarentur horæ de sanctis cum cottidianis capitulis et collectis, necnon præfatione cottidiana. Et ista opinio est minus probabilis. Alii tamen dicunt, et melius, quod ex quo vigilia Pentecostes omnia perficitur de historia Ascensionis Domini cum omnibus suis pertinentibus et **utilibus**, ea de causa videtur verius et **rectius** servare omnibus pertinentibus, exceptis lectionibus, quæ sunt per se ad feriam sextam prædictam, præcise de historia Ascensionis. Te Deum dicitur. Capitulum et collecta dicitur de dominica. Officium, collecta, epistola, evangelium, oratio⁵⁰ de dominica. **Item:** In secundis vesperis antiphona: *Viri Galilæi*. Responsorium non dicitur. Alia omnia de dominica per octavam eiusdem. **Item:** Notatur

DE DOMINICA, QUÆ INFRA OCTAVAM ACCIDIT Ascensionis Domini. Nota, sive in primis, sive in secundis vesperis, omnia dicuntur de Ascensione Domini, exceptis scilicet oratione et capitulis dominicalibus. **Item:** In matutinis et in aliis horis responso-rium et alia dicuntur de Ascensione. In missa et aliis horis additur collecta Ascensionis ad dominicalem immediate sine antiphona aliqua et ceteris; sed in secundis vesperis faciunt suffragium de Ascensione cum antiphona *O rex gloriose*⁵¹ et cetera.

⁵⁰ Sic. Malim: *offertorium*

⁵¹ Coni.: *gloria*

Item: Notatur, quod in vigilia Pentecostes

/27°/ peragitur de historia Ascensionis Domini, quia invitatorium, antiphona, psalmi, responsoria et versiculi cum laudibus dicuntur, sicut die tertia Ascensionis cum suis pertinentibus. Te Deum laudamus non dicitur. **Item:** In vigilia Pentecostes ad omnes horas solum dicitur una oratio, scilicet *Sancti Spiritus quæsumus*. In missa vero dicitur Gloria in excelsis. Et epistola, evangelium sollemniter canuntur. Præfatio: *Qui ascendens super omnes calos*. Sine introitu Kyrie eleison incipit paschale, et cetera.

Credo non dicitur. [5.]

Item: Notatur in festo Pentecostes.

Nota, in eodem festo ad primam et ad omnes alias horas, excepto completorio, dicitur iste hymnus: *Veni creator*, usque in finem, tamen⁵² in ipso die loco hymnorum istorum, videlicet: *Iam lucis, Nunc sancte* cum aliis hymnis. **Item:** Ad primam post psalmos dicitur iste psalmus: *Laudate Dominum. Exsultabunt* etiam dicitur pro commemoratione beatæ Virginis. **Item:**

INFRA OCTAVAM PENTECOSTES quæ quattuor temporum occurrunt in omnibus quattuor temporibus, propter sollemnitatem Te Deum dicitur, neque preces, neque « Flectamus genua » dicuntur, sicut aliis quattuor temporibus, licet quod illis quattuor temporibus prophetiæ dicuntur specialiter in sabbat[o], quo cantatur *Caritas Dei*. **Item:** Quando homeliæ leguntur, semper ante homelias dicitur *Exaudi quæsumus Domine preces servorum tuorum* et cetera. **Item:**

SABBATO PROXIMO ANTE FESTUM SANCTÆ TRINITATIS de octava Pentecostes secundæ vespere non leguntur, et hoc ideo, quia octava Pentecostes non tenetur ea de causa, quia ibi servatur de sancta Trinitate: ibi etiam includitur Spiritus Sanctus comprehensive. **Item:** Horæ beatæ Virginis debent incipi sabbato ante festum Trinitatis.

⁵² Sic. Malim: *tantum*

Item: Quod in die Corporis Christi

/28^o/ præfatio dicitur de Nativitate Domini, scilicet *Quia per incarnati Verbi*, et « Communicantes » dicitur cottidianum et commune. **Item:** Quod quando octava Corporis Christi exspirabit in feria quinta, tunc, incipiente feria sexta, die sequenti sabbato, usque ad novam historiam, immo etiam in nova historia, consequentibus historiis æstivalibus, tam ad primam, quam ad completorium capitulum et collecta, necnon responsorium cum versiculo dicuntur communia, videlicet sicut alias in æstate, et non de Corpore Christi; et hoc ideo, quia festum Corporis Christi non habet propriam præfationem, neque proprium « Communicantes ». **Item:** Nota de Corpore Christi. Ipso die ad vespertas canitur iste hymnus: *Pange lingua*, in secundis vero vespertis *Sacris sollempniis*, et per totam octavam. Ad completorium ipso die *Verbum supernum*, similiter ad singulas parvas horas, ad primam, tertiam, sextam, nonam; sed per octavam ad completorium hymnus *Pange lingua*, ad primam vero, qui canitur hymnus *Iam lucis orto*, et alii, sicut in æstate, concludendo cum « Tantum ergo » et cetera. **Item:** Nota, quando canitur *O decus* sabbato, tunc ad primam, tertiam, sextam, nonam canuntur hymni, leguntur de æstate: *Iam lucis*, concludendo: « Maria mater » et cetera. Et etiam legitur *Deus in nomine, Beati, Retribue, Quicumque*, addendo quindécim gradus, sicut consuetudo est legere ad primam, tertiam, sextam, nonam. Responsorium ad primam: *Christe Fili, Qui natus*. Nota, quando tenetur

Si immo fit nova impositio. [1. b]

Singulis diebus infra octavam Corporis Christi fit processio ante completorium. [1. b]

DE SANCTIS POST TRINITATEM, ad primam capitulum: *Omnis homo quicumque*. Et versiculi et responsorium de isto sancto ad parvas horas. Ad primam: *Christe Fili*. **Item:** Notatur de sancta Trinitate, quod octava de sancta Trinitate non tenetur. **Item:** Post festum sanctæ Trinitatis,

FERIA SECUNDA PROXIMA /28^o/ cum istis duobus diebus, videlicet tertia et feria quarta, sequentibus usque ad festum Corporis Christi horæ canonicæ possunt servari de sanctis, et non de octava Trinitatis, et suffragium non debet fieri de sancta Trinitate, neque de aliqua dominica, nisi de sancto Petro et Paulo et de sancto Adalberto et omnibus sanctis. **Item:** Notatur, quod statim post octavam Corporis Christi

SEQUENTI DOMINICA inchoatur historia Deus omnium, nisi non impediatur per vigiliam Ioannis Baptistæ. Nota, si festum Ioannis Baptistæ accidit in dominica proxima post octavam Corporis Christi, aut feria sexta, aut sabbato proximo post ipsam octavam Corporis Christi, tunc quod vigilia⁵⁵ sancti Ioannis Baptistæ habeat responsoria et ad lectiones oportet imponere historia, scilicet Deus omnium, die dominica proxima post festum Corporis Christi. Et si festum sancti Ioannis Baptistæ venerit feria secunda proxima post festum Corporis Christi, tunc ambo, scilicet prima domi-

⁵⁵ Orig. del.: *Corporis Christi*

nica, quæ dicitur nova historia, scilicet Deus omnium, et vigilia sancti Ioannis Baptistæ debent imponi in dominica proxima post festum Corporis Christi, et hoc sic: videlicet post homeliã dominicæ sine « Tu autem » statim debet incipi homeliã sancti Ioannis vigiliæ, deinde dicitur responsorium ultimum dominicæ. Sed tunc in sabbato proximo post festum Corporis Christi debent legi secundæ vespere de Corpore Christi, deinde debent legi primæ vespere de dominica, quæ dicitur nova historia, cum antiphonis et psalmis *Benedictus*, et ultimo debet legi de die unum completorium, scilicet commune, sicut de æstate, de ista dominica, et non de Corpore Christi. **Item:** Crastina die, scilicet dominica sequenti primo /29^o/ debent legi secundæ vespere de dominica imposita, et postea debent legi secundæ vespere sollempniter de Corpore Christi. Similiter et completorium de Corpore Christi, et non de dominica. **Item:** Nota, quod quando vigilia Ioannis Baptistæ ceciderit in die dominica inter octavam Corporis Christi, tunc in eodem die dominica inchoatur historia Deus omnium propter vigiliã Apostolorum Petri et Pauli, quia si ista dominica non imponeretur in eadem vigilia sancti Ioannis, tunc responsoria non haberemus unde recipere ad vigiliã Apostolorum Petri et Pauli. Et tunc in matutinis ad ultimam lectionem dominicæ homeliã vigiliæ Ioannis, et per octavam Corporis Christi tantum debet fieri suffragium cum antiphona, versiculo et cum collecta Corporis Christi. **Item:** Est sciendum, quod historia Deus omnium aliquando cantatur per sex hebdomadas, aliquando per septem, aliquando per octo usque semper ad mensem Augusti, et cetera, et aliæ historiæ sequentes usque ad Adventum Domini imponuntur diebus sibi appropriatis secundum illam tabulam istius ordinarii scriptam et notatam.

Item: Nota de sancta Trinitate.

Ad primam, tertiam, sextam, nonam antiphonæ dicuntur de primis vespers,⁵⁴ et non de laudibus, ut alias consuetum est dicere. **Item:** Nota, incipiens a dominica Domine in tua per dominicas æstivales suffragia peraguntur isto modo, quod in prima vespera diei sabbati antiphona primo dicitur de sancta Trinitate, deinde versiculi et collecta; postea de sancta cruce, de beata Virgine, de sancto Petro et Paulo, de sancto Stephano, de sancto Emerico, de sancto Adalberto, de omnibus sanctis, et ultimo de pace. **Item:** In matutinis suffragium de sancta Trinitate, deinde de sancto Petro et Paulo, de sancto Adalberto, de omnibus sanctis et pro pace, et interim, si venerit aliquod festum, debet de isto /29^o/ suffragium fieri in matutinis et aliis horis usque ad secundas

⁵⁴ Orig. corr. de *ad primas*

vesperas inter collectam sancti Petri et Pauli et inter collectam sancti Adalberti, et omnia ista suffragia prædicta ab ista dominica iam facta, durabunt usque ad dominicam, videlicet Vidi Dominum, absque secundis vesperis diei dominicæ. **Item:** Nota, quod in omnibus diebus dominicis in æstate ad processionem primo dicitur Asperges cum versiculo et collecta, postea incipit antiphona *Oremus dilectissimi*, et ad sanctum Stephanum primo suffragia de beata Virgine cum versiculo et collecta, ultimo de sancto Stephano protomartyre antiphona, versiculo et collecta. **Item:** Redeundo vero antiphona *Salvator mundi* vel hymnus *Omnipotens sancte* et cetera. His finitis, per unum sacerdotem dicitur versiculus *Introibo in domum tuam Domine*. Deinde dicitur oratio:

Domine Iesu Christe, qui introitum portarum Ierusalem salvas, quam⁵⁵ sanctificasti dum splendore gemmarum duodecim, totidem Apostolorum notam præsignasti, et qui per organum propheticum tu promisisti: «Lauda, Ierusalem, Dominum, quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te»: prius,⁵⁶ ut pones in omnes fines istius domus sanctæ Mariæ et sancti Adalberti pacem, et velociter currens interius, sermo tuus adipe frumenti satiet eos, Spiritus Sanctus defendat illos, ut numquam eis nocere prævaleat inimicus, sed omnes habitantes interius, voce, corde et opere decantent, dicentes: «Magnus Dominus noster, et magna virtus eius, et sapientiæ eius non est numerus», qui cum Patre et Filio et Spiritu Sancto vivis et regnas, Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Item: Nota, quod in missa semper debent omnibus dominicis in æstate usque Vidi Dominum fieri tres collectæ: prima de dominica illa, /30^r/ de qua servatur hora, secunda de sancta Trinitate, tertia de beata Virgine, nisi aliquod festum non impediatur; sed si in eadem die dominica fuerit aliquod festum, de quo fecerunt commemorationem in horis, etsi etiam non fecissent adhuc in missa publica diei dominicæ, debet fieri de eo commemoratio. Et præfatio usque Vidi Dominum dicitur ista: *Quia cum Unigenitus*, et hæc est de sancta Trinitate; sed de dominica, videlicet Vidi Dominum, præfatio dicitur cottidiana, et in dominica Vidi Dominum sive in secundis vesperis, sive in primis, sive in matutinis, sive in aliis horis, sive in missa nullum suffragium dicitur, sed tantum oratio diei. **Item:** In qualibet dominica per æstatem, sive sit nova historia, sive simplex, semper in secundis vesperis diei dominicæ dicitur antiphona *Sede a dextris*. Psalmi: *Dixit* per ordinem. Capitulum: *Dominus autem dirigat*. Responsorium: *Quam magnificata*. Hymnus: *Lucis creator*. **Item:** Nota, quod quando diebus ferialibus dominicas per æstatem imponimus, tunc antiphonæ dicuntur speciales tam ad Benedictus, quam ad Magnificat istius diei dominicæ, quam in feria gerimus. Et tunc in eodem die in missa cantatur Alleluia istius dominicæ, quam imponimus. Sed si solam feriam servaverimus, tunc omnia, videlicet capitula, responsoria, versiculi ad omnes horas dicuntur ferialia in ordine libri breviarii scripta, et cetera, sed oratio semper debet fieri

⁵⁵ Coni.: *valvasque*

⁵⁶ Sic. Malim: <præsta> *qua sumus*

de dominica. Sed tamen sive dominicam imponamus, sive solum feriam servamus, semper in secundis vespers capitulum dicitur *Dominus autem dirigat*. **Item:** Considera, si in dominica vel alio festo sollemni unum aliud festum fuerit, tunc de isto alio festo debet fieri commemoratio tantum in matutinis et in aliis, parvis horis usque ad secundas vespers, quia neque in primis, neque in secundis vespers istius festi aut diei dominicæ commemoratio aut suffragium de isto alio festo debet fieri. Et istam regulam etiam intellige /30^o/ de aliis festis, quæ venient in dominica vel aliis festivitibus. **Item:** Nota, quod in æstate, quando simplicem feriam servamus, tunc in missa Alleluia non cantatur, et hoc tunc, quando dominicam non imponimus. **Item:** Nota, quando integras horas de aliquo festo non legemus, tunc nec in primis vespers, nec in secundis vespers debet fieri de ipso suffragium, sed tantum in matutinis et in aliis parvis horis usque secundas vespers inclusive.⁵⁷ **Item:** Nota, quod quando in sollemnitatibus de aliquibus sanctis suffragia non fecerimus in primis vespers, in matutinis et in aliis horis, tunc in secundis vespers istius sollemnitatis non debent fieri plura suffragia, nisi solum de dominica et de uno alio sancto, de quo die crastina intendimus horas facere vel servare. **Item:** Nota, quod quando suffragia in horis canonicis et temporalibus postponuntur, tunc ista suffragia supplentur, ut dictum est, in horis beatæ Virginis. **Item:** Quando de festo crastino vel adveniente integram vesperam legerimus, tunc suffragia per omnia, tam de dominica, quam etiam de aliis festis in secundis vespers omnia supplentur, et non in horis beatæ Virginis. **Item:** Quod aliquod festum sollemne per octavam habuerit. Etsi solum per octavam de ipso festo suffragium facimus, tamen in octava ipsius festi secundas vespers percantamus, sicut in die ipsius, exceptis aliquibus propriis in octava sua existentibus, videlicet antiphonis et responsoriis et capitulis et collectis, si adduntur. **Item:** Nota, quod quando aliquod festum sollemne e venerit, et etiam eodem die unum aliud festum venerit, sicut in festo Omnium sanctorum fiet festum Cæsarii martyris, vel etiam in festo sancti Martini fiet festum Mennæ martyris, tunc de isto alio festo, sicut dictum est superius, videlicet Cæsaris martyris vel Mennæ martyris, antiphona non dicitur post orationem festi sollemnitatis, sicut /31^o/ alias solent suffragia facere, neque in vespers, neque in matutinis, nisi additur oratio ipsius ad orationem sollemnitatis. **Item:** Nota, quod quocumque diebus ferialibus imponitur dominica ferialiter, aut simplex festum in diebus ferialibus servatur, tunc, si die crastina iterum feria servatur, aut alia dominica imponitur, et sic tunc secunda vespera debet legi; si autem crastina de uno festo servatur, et non de feria aut de alia dominica, tunc neque de dominica, neque de feria debet legi secunda vespera, sed tantum primæ vesperæ dicuntur de isto festo crastino, et sic de dominica aut de feria simplici debet fieri suffragium. **Item:** Notatur

⁵⁷ Sic. Malim: *exclusive*

DE SANCTO BARNABA APOSTOLO. Credo dicitur, tamquam de aliis Apostolis. Præfatio dicitur de Apostolis. Et responsum et versiculi et alia omnia dicuntur ad omnes horas de communi Apostolorum. **Item:** Notatur

DE SANCTO IOANNE BAPTISTA, quod præfatio dicitur cottidiana. **Item:** In festo ipsius non dicitur Credo, sed in octava ipsius dicitur propter octavam Apostolorum Petri et Pauli. **Item:** Infra octavam ipsius fit suffragium de ipso inter orationem Petri et Pauli et inter orationem sancti Adalberti per totam octavam ipsius. **Item:** Notatur, quod

IN FESTO SANCTI REGIS LADISLAI Credo non dicitur, sed alia omnia, sicut de simplici confessore, exceptis illis, quæ fuerint in festo ipsius cum suis historiis. **Item:** Notatur, quod

IN FESTO APOSTOLORUM PETRI ET PAULI, necnon aliorum festivitibus sanctorum circa processionem ante missam primo dicitur Asperges cum versiculo et collecta, postea incipit responsum proprium istius festi, et cum pervenerint ad locum destinatum, tunc ibi dicitur collecta istius festi, si habetur, si non habetur, tunc dicitur de communi. Deinde in redeundo canitur hymnus proprius, si habetur, si vero non habetur, tunc statim de communi, et cum venerunt ad chorum, conveni[en]t[ib]us ibi, per unum sacerdotem dicitur versiculus cum collecta, /31^v/ videlicet *Via sanctorum omnium Domine Iesu Christe*. Et ista supradicta dicuntur in processione aliorum sanctorum, quam beatæ Virginis, quia in processione beatæ Virginis omnia, videlicet responsum, hymnus, versiculus et collecta habentur propria beatæ Virginis. **Item:** Notatur, quod

IN FESTO SANCTI PETRI AD VINCULA ET CATHEDRA et in aliis festivitibus eiusdem, quando servatur de sancto Petro, numquam omittendus est sanctus Paulus, quoad suffragium, nisi semper post collectam sancti Petri dicitur antiphona de sancto Paulo, videlicet *Sancte Paule Apostole*. Versiculus: *Ora pro nobis*. Oratio *Deus qui multitudinem gentium sancti* dicitur in commemoratione ipsius. Et e converso, quando de sancto Paulo leguntur horæ, tunc etiam post orationem sancti Pauli antiphona de sancto Petro: *Quodcumque ligaveris*. Versiculus: *Tu es Petrus*. Oratio in Cathedra ipsius, videlicet: *Deus qui beato Petro*, et hoc tam in primis vespere et in matutinis, quam etiam in aliis horis, exceptis secundis vespere, quia quando de uno eorum dicuntur secundæ vespere, de alio suffragio caret, et e converso, et hoc in secundis vespere. **Item:** Si in festo sancti Petri vel in festo sancti Pauli venerit unum aliud festum alicuius sancti, tunc fiet commemoratio de festo isto alio occurrente solum cum oratione, sine antiphona, et hoc inter orationes Petri et Pauli Apostolorum, et postea sic de sancto Paulo, et e converso. **Item:** Nota, quod in festo Apostolorum Petri et Pauli de sero in secundis vespere non debet dici oratio de Cathedra ipsius propter commemorationem sancti Pauli, quia post orationem sancti Petri, finita « Per Dominum » dicitur solum « Amen », et non « Dominus vobiscum » neque Benedicamus Domino, sed statim in-

cipit responsorium de sancto Paulo *Magnus sanctus Paulus*. Hymnus: *Doctor Paule*. Versiculus: *Ora pro nobis*. Antiphona ad Magnificat et oratio propria. Similiter die crastina, videlicet /32^e/ in festo Commemorationis ipsius oratio propria de sancto Petro. De sancto Petro autem, sicut in Cathedra ipsius, per totum debet dici Commemoratione sancti Pauli, et hoc propterea, quia in festo Apostolorum Petri et Pauli quæ oratio existat vel erat, illa oratio pertinet **sola** et simul ambobus sanctis, sed ex quo festum sancti Pauli de Commemoratione ipsius habet propriam historiam, de tanto etiam debet esse de sancto Petro propria oratio, ut de Cathedra. **Item:**

IN DIE SANCTI PAULI COMMEMORATIONIS secundæ vesperæ debent dici de communi, et non de propriis, nec proprium capitulum dicitur, neque collecta propria, sed capitulum *Iam non estis hospites* dicitur, oratio vero de festo Apostolorum Petri et Pauli dicitur, videlicet *Deus qui hodiernam*. Sed alia omnia dicuntur de communi. Sed infra octavam Petri et Pauli semper ista oratio: *Deus qui hodiernam*, in octava vero eorundem dicitur: *Deus cuius dextera*. **Item:** Notatur, quod

In vigilia Visitationis Virginis. [1. b]

IN VIGILIA VISITATIONIS MARIE invitatorium: *Regem Virginis filium venite adoremus*. Psalmi feriales istius diei, in quo ista vigilia ceciderit. Ad laudes solum una antiphona, videlicet ista: *Sub tuam protectionem*. Capitulum et oratio propria. Hymnus: *Quem terra*. Antiphona ad Benedictus: *Joseph fili David*, quære in Adventu. Ad primam psalmi, sicut alias, cum *Laudate*. Antiphona: *Sub tuam protectionem*. Post orationem diei: *Exsultabunt*. **Item:** Quod quodcumque vigiliis beatæ Virginis celebramus proprias, tunc in eisdem vigiliis communes horæ cessabunt, et non leguntur. **Item:** Notatur circa missam vigiliæ. Introitus: *Rorate cæli*. Kyrie feriale. Graduale: *Benedicta* cum versu. Alleluia non cantatur, neque Te Deum. Evangelium: *Exsurgens*, canitur ferialiter. Offertorium: *Felix namque*. Præfatio cotidiana, dicitur ferialiter. Communio: *Beata viscera*. Missa finitur /32^e/ cum Benedicamus Domino. Et sic etiam intelligendum est de aliis vigiliis beatæ Virginis, exceptis aliquibus propriis in aliis vigiliis continentibus. **Item:** Ad primas vespers antiphonæ dicuntur, ut in libro, cum quinque *Laudate*. Capitulum, responsorium, hymnus, versiculus, antiphona et oratio, ut in libro, dicuntur. Nullum suffragium dicitur. Ad completorium: *Cum iucunditate Visitationis*, in Assumptione: *Cum iucunditate Assumptionis*, et sic fiet semper in aliis festis beatæ Virginis. Psalmi: *Cum invocarem*. Hymnus proprius vel *Lux mundi*, in aliis vigiliis semper: *Lux mundi*. Capitulum proprium. Versiculus, antiphona ad Nunc dimittis, oratio propria, scilicet *Famulorum*, *Deus qui illuminas*. Et sic etiam in aliis vigiliis beatæ Virginis intelligitur ad completorium. **Item:**

IN DIE VISITATIONIS MARIE matutinum cum aliis horis perficitur ordine suo. Ad primam psalmi consueti de die, scilicet de tempore, et additur *Confitemini* post istum psalmum *Deus in nomine*, et ultimo additur *Laudate*; et ille psalmus *Confitemini* additur tantum ipso die Visitationis, et non aliis diebus per octavam. **Item:** Nota, quod ante missam ad processionem dicitur Asperges cum versiculo et oratione. Deinde ad responsorium, cum venerint ad sanctum Stephanum, ibi dicitur versiculus cum oratio-

ne beatæ Virginis, deinde dicitur suffragium de sancto Stephano; in redeundo: *Lux mundi* et ceteris.⁵⁸ **Item:** Missa perficitur ordine suo. **Item:** Nota, quod quando infra festum Visitationis Mariæ cum aliis festis eiusdem Virginis Mariæ dominicam servaverimus, cum⁵⁹ dicuntur duæ primæ aut duo completoria. Si aliud festum infra octavam eiusdem servaverimus, tunc unam primam et unum completorium debemus servare. Et nocturnus debet legi dominicæ istius diei. Sed de alio festo servato debet matutinum legi cum lectionibus novem, et de beata Virgine debet legi cum tribus lectionibus, sive dominica /33⁵/ imponatur, sive aliud festum. Sed tertia, sexta, nona duplicantur, sive servatur de dominica, sive de alio festo infra octavam Mariæ. Nota, de dominica ad alias horas capitulum proprium cum oratione, sed antiphonæ, versiculi, responsoria de communi, ut in libro. Similiter de festo capitulum cum oratione proprium, sed alia: antiphona, versiculi et responsoria, si non habentur propria, tunc de communi. Si tantum simplex feria⁶⁰ tenetur, tunc capitulum, responsorium, versiculus cum aliis omnia communia, ut in libro breviarii, dicitur, et de beata Virgine matutinum cum tribus lectionibus, responsoriis et antiphonis istius diei, in quo **ta**le servatur, debet legi. Prima et tertia, sexta et nona debent legi cum parvis horis, sicut alias in communi hora beatæ Virginis legebantur. **Item:** Si dominica infra octavam beatæ Virginis imponitur, tunc etiam debent legi duæ vesperæ in eodem die dominico, videlicet secundas⁶¹ vespera de dominica, et alia prima vespera dicitur de beata Virgine, et similiter duo completoria dicuntur post primas vespervas. Sed si de festo alio servatur infra octavam beatæ Virginis, ut supra dictum est, tunc una vespera dicitur, scilicet de dominica, et unum completorium. Similiter intellige de simplici feria et de illo festo alio, et de feria tantum debet fieri suffragium in festo beatæ Virginis. **Item:** Nota, quod in Visitatione Mariæ ad primam et ad tertiam semper dicitur iste hymnus: *En miranda*, sed in aliis diebus per octavam, *Iam lucis, Nunc sancte* et cum ista **particula:** « Salutat mater Domini », concluditur, et cetera. **Item:** Notatur, quod

IN FESTO MARGARETHÆ VIRGINIS Credo non dicitur, nisi quis celebraverit in suo proprio altari, vel nisi ceciderit in diem dominicam; tunc dicitur. Et sic similiter⁶² intelligitur de quolibet alio festo simplici. **Item:** Notatur

IN APOSTOLORUM DIVISIONE, quod omnes horæ servantur, sicut in communi /33⁷/ de Apostolis, sed in prima vespera eiusdem responsorium dicitur *Ite in orbem*. Antiphona ad Magnificat: *Euntes in mundum*. **Item:** In matutinis evangelium: *Euntes in mundum*, sicut de Ascensione, sed debet ita incipi, videlicet: *In illo tempore euntes in mun-*

⁵⁸ Coni.: *et cetera vel cum ceteris*

⁵⁹ Coni.: *tum vel tunc*

⁶⁰ Sic. Malim: *festum*

⁶¹ Coni.: *secunda*

⁶² Orig. del.: *dicitur*

*dum usque.*⁶³ **Item:** Præfatio de Apostolis. **Item:** Ad secundas vespas antiphona ad Magnificat: *Illi autem projecti.* **Item:**

IN FESTO BEATÆ MARIE MAGDALENÆ Credo dicitur. **Item:**

IN FESTO SANCTÆ ANNÆ plura suffragia non dicuntur præter orationem ipsius.

Item: Credo non dicitur. Præfatio cottidiana. **Item:** Nota, quod

IN FESTO DEPOSITIONIS SANCTI LADISLAI REGIS tota historia dicitur, sicut in alio festo ipsius, licet quod aliqui servant de communi. **Item:** Nota, quod

IN FESTO AD VINCULA PETRI Credo dicitur. Præfatio de Apostolis. **Item:** In prima vespera ipsius festi debet fieri suffragium de sancto Paulo, ut supra dictum est. In matutinis die crastina etiam debet fieri suffragium. **Item:** In secundis vespas antiphona: *Iuravit.* Psalmus: *Dixit.* Capitulum: *Misit Herodes.* Responsorium: *Petre.* Hymnus: *Iam bone,* « Sit Trinitati ». Ad Magnificat: *Quodcumque ligaveris.* Oratio, ut supra. De sancto Paulo nullum suffragium dicitur. **Item:** Nota, quod

DE INVENTIONE FESTI CORPORIS SANCTI STEPHANI servatur, sicut de martyribus in communi, eo quod in ista die plures martyres sunt. Sed evangelium et capitula dicuntur de priori festo sancti Stephani. Similiter intellige de secundis vespas.

Item: Notatur, quod horæ

BEATÆ VIRGINIS DE NIVE cum tota historia celebrantur præcise, sicut *O decus,* per omnia. Prima antiphona primarum vespas: *Sancta Maria.* Quinque *Laudate.* Capitulum, responsum, hymnus et antiphona ad Magnificat dicitur *O decus.* Oratio propria, si habetur; si non habetur, dicitur: *Concede nobis.* Completorium similiter, sicut in *O decus.* **Item:** In missa: /34/ *Salve sancta Parens.* **Item:** In secundis vespas antiphonæ dicuntur ad psalmos de laudibus, scilicet *Sub tuam* cum aliis. **Item:** Loco istius antiphonæ: *Glorificabunt te,* dicitur ista: *Benedicta filia.* Alia, ut supra dictum est.

Item: Nota, in vigilia sancti Laurentii

nocturnus legitur. Nota,

⁶³ Coni.: *universum*

IN DIE SANCITI LAURENTII. Propter octavam ipsius, sive de quo servantur horæ, in omnibus horis canonicis, necnon in missis infra octavam ipsius semper de eo dicitur suffragium. **Item:**

IN OCTAVA SANCITI LAURENTII ad secundas vespervas antiphonæ: *Incundus* cum ceteris. Responsorii⁶⁴ propr[ium].⁶⁵ Similiter hymnus. Antiphona ad Magnificat propria cum oratione. Nullum suffragium dicitur, sed omnia suffragia alia dicuntur in vespervis beatæ Virginis. **Item:** In eadem octava sancti Laurentii Credo dicitur, sed in festo ipsius non dicitur, et hoc ideo, quia octava ipsius infra octavam Assumptionis Mariæ expiravit. **Item:** Octava sancti Laurentii celebratur in octava Assumptionis. Vel etiam aliud si venerit infra octavam, tunc die tam in primis vespervis, quam in secundis vespervis debet legi tantum unum completorium, et una prima, et prima debet legi de isto sancto cum capitulo, et tunc legendo *Ad Dominum cum*, concludendo cum antiphona et capitulo. Responsorium: *Iesu Christe*, vel de isto sancto: *Gloria et honore* et cetera. Oratio: *Domine sancte Pater*. Sed in sexta, nona duplicantur: specialiter leguntur de sancto, et specialiter de beata Virgine. **Item:** Notatur, quod

IN VIGILIA ASSUMPTIONIS MARIE in matutinis invitorium dicitur: *Regem Virginis virginum*.⁶⁶ Psalmi feriales nocturnales. Ad laudes dicitur una antiphona, videlicet: *Sub tuam protectionem*. Te Deum non dicitur. Capitulum proprium. Similiter oratio. Hymnus: *Quem terra*. Antiphona ad Benedictus: *Ex tollens*, quare in Quadragesima. Sed communes horæ beatæ Virginis in eadem vigilia, neque in die sancto /34/ una cum octava non debent legi, quia si legerentur, hoc esset superflue. **Item:** In missa in vigilia Assumptionis introitus: *Salve sancta Parens*. Graduale: *Benedicta* cum versu. Alleluia non cantatur. Evangelium: *Loquente Iesu*, et hoc ferialiter. Offertorium: *Felix namque*. Præfatio cottidiana. Communio: *Regina mundi*. **Item:** Ad primam in eadem oratio propria: *Deus qui virginalem, Domine sancte. Exsultabunt* pro commemoratione. **Item:** In primis vespervis Assumptionis Mariæ antiphonæ cum quinque *Laudate* peraguntur. Capitulum, responsum, hymnus propria. Versiculus: *Exaltata es*. Antiphona ad Magnificat⁶⁷ propria cum oratione. Unum⁶⁸ suffragium, nisi post orationem diei de sancto Stephano rege antiphona *Ave beate* cum versiculo et collecta sua. Ad completorium antiphona *Cum incunditate Assumptionem*. Psalmus: *Cum invocarem*. Hymnus: *Lux mundi*. Capitulum proprium. Antiphona *Ave mundi domina* ad Nunc solum ipsa die, post orationem ipsius *Deus qui*, sed aliis diebus suis per octavam dicitur antiphona, quæ est post secundas vespervas in completorio ipsius.

*Vigilia
Assumptionis. [4.]*

⁶⁴ Coni.: *responsorium proprium*

⁶⁵ Orig. del *-iis* de *propriis*

⁶⁶ Coni.: *filium*

⁶⁷ Orig. del.: *oratio*

⁶⁸ Sic. Malim: *nullum*

Item: In die sancto

in matutinis unum⁶⁹ suffragium dicitur, nisi post orationem ipsius de sancto Stephano rege omnibus horis dicitur oratio, exceptis secundis vesperis, quia, ut dictum est, non fiet tam dies sollemnis, si eadem die de uno alio sancto fit commemoratio, quando dicatur de isto aut facta mentio in secundis vesperis, nisi nona semper expirabit.

Item: In secundis vesperis eiusdem festi plura suffragia non dicuntur, nisi de sancto Laurentio, et hoc ideo, quia octava ipsius adhuc non expiravit. **Item:**

SECUNDO DIE in matutinis, sive de quo servetur hora, suffragium modo consuetum servetur: primo d<i>e dominica, postea de sancto Petro et Paulo, de sancto Adalberto, Laurentio, de omnibus sanctis, tandem de pace. **Item:** Nota, quod⁷⁰

INFRA /35^t/ OCTAVAM ASSUMPTIONIS servatur de sanctis, videlicet de sancto Laurentio octava, et de sancto Stephano rege, tunc isto die tam in primis vesperis, quam in secundis debet legi tantum unum completorium et una prima, sed matutina et horæ duplicantur; sed si infra octavam eius dominica imponitur, tunc ista die duæ primæ leguntur, ut supra, de dominica. Psalmi, sicut de tempore, sed alia de beata Virgine cum parvis psalmis, sicut in communi hora beatæ Virginis, et duo completoria dicuntur, sicut etiam matutina et aliæ horæ duplicantur. Et sic intellige de aliis festis beatæ Virginis octavam habentibus. **Item:** Notatur, quod per omnes missas speciales beatæ Virginis et sancti Adalberti, ulterius patrocinii et omnium sanctorum et infra octavas earundem Credo dicitur. **Item:** Nota, quod

IN FESTO SANCTI STEPHANI REGIS præfatio dicitur de Assumptione. Similiter et Credo dicitur propter octavam eiusdem. **Item:** In die ipsius secundæ vesperæ legantur cum omnibus suffragiis: primo de dominica, si est imposita, deinde de sancto Petro, de sancto Adalberto, tandem de aliis consuetis suffragia, et hoc per hebdomadam. Postmodum chorus sollemnizabit secundas vespertas beatæ Virginis. **Item:** Sciendum, quod die festo sancti Stephani debet fieri suffragium de ipso sancto Stephano omni die tam in missa, quam in aliis horis diei usque ad octavam ipsius inter orationem sancti Petri et inter orationem sancti Adalberti propter ipsius octavam, quia consueverunt inter illos sanctos facere suffragium eius. **Item:**

IN OCTAVA SANCTI STEPHANI servatur cum integris horis et novem lectionibus propter patrocinium.

⁶⁹ Sic. Malim: *nullum*

⁷⁰ Sic. Malim: *quando*

Item: Nota,

quod DE NATIVITATE MARLÆ et de Nive, necnon de aliquibus aliis festivis diebus beatæ Virginis vigiliæ non servantur, quia non habent proprias vigiliæ. **Item:** Primæ vespere Nativitatis /35'/ Mariæ perficiuntur ordine suo cum oratione beati Hadriani sub una conclusione, nulla antiphona mediante. **Item:** In completorio antiphona: *Cum*⁷¹ *iucunditate*. Psalmus: *Cum invocarem*. Hymnus: *Luce mundi*. Capitulum proprium. Antiphona ad Nunc: *Adest namque*, sed aliis diebus infra octavam ipsius antiphona ad Nunc dicitur *Quæ est ista*. Oratio propria et *Deus qui illuminas*. **Item:** Nota, quod in die Nativitatis Mariæ matutinum perficitur ordine suo, sicut in libro continetur, cum antiphonis,⁷² horis suis et cum commemoratione beati Hadriani, et tunc continue hora beatæ Virginis cessabit per totam octavam. **Item:** Nota, quod in missa Nativitatis Mariæ perficitur cum processione, ut in aliis festis eiusdem dictum est, et in processione ad ecclesiam sancti Stephani, ibi fit suffragium de eo; et in redeundo per unum sacerdotem dicitur versiculus cum oratione de beata Virgine, si habetur, si vero non habetur, tunc dicitur oratio de sanctis:

Via sanctorum omnium, Domine Iesu Christe, qui ad te venientibus æternæ claritatis gaudia contulisti: introitum templi istius Spiritus Sancti luce<m> infunde; qui locum istum sanctorum tuorum patrocinio consecrasti: præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut omnes isti in te credentes obtineant veniam pro delictis, ab omnibus liberentur angustiis, impetrent, quicquid petierint pro vitis suis, semper placere valeant coram oculis tuis, quatenus per te et sanctam Mariam semper Virginem, Genitricem tuam, et Adalbertum muniti, mereamur aulam paradisi introire, Salvator mundi, qui in Trinitate perfecta *et æternæ*.

Item: Nota, quod, quando infra octavam beatæ Virginis dominicam in die dominico imposuerimus, sive sit nova historia, sive non, tunc die sabbati debemus duo completoria legere: unum de tempore, aliud de beata Virgine, et capitulo, hymno et collecta de Nativitate beatæ Virginis. Similiter

DIE CRISTINA /36'/ leguntur duæ primæ, videlicet una de dominica, alia de beata Virgine, sed in secundis vespere diei dominicæ debet legi unum completorium, videlicet beatæ Virginis. Simili modo intellige, si aliis feriis dominica imponitur, ut dictum est. Similiter intellige

DE FESTO EXALTATIONIS SANCTÆ CRUCIS, quia in primis vespere sanctæ Crucis debent legi duo completoria, et in festo ipsius iterum duæ primæ, et in secundis vespere debet legi unum completorium de beata Virgine; sed si infra Nativitatem beatæ

⁷¹ Orig. del.: *invocarem*

⁷² Sic. Malim: *aliis*

Virginis servaretur de alio sancto, tunc tam in primis vesperis, quam in secundis debent legi unum completorium et una prima, scilicet de beata Virgine. **Item:** Notatur, quod

IN FESTO LUCÆ EVANGELISTÆ Credo dicitur; similiter in aliis festis aliarum⁷³ evangelistarum omnium dicitur. **Item:**

IN FESTO SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI Credo dicitur; similiter in omnibus festis aliorum angelorum Credo dicitur. **Item:** Nota,

IN FESTO UNDECIM MILLA⁷⁴ VIRGINUM horæ canonicæ leguntur præcise, sicut de martyribus, exceptis aliquibus antiphonis et responsoriis propriis. **Item:** Capitulum dicitur *Sancti per fidem*. Hymnus: *Sanctorum meritis*. Oratio propria, et cetera.

Item: Nota, in vigilia Omnium sanctorum

in matutino invitorium dicitur *Regem omnium sanctorum*. Psalmi feriales dicuntur cum antiphonis ferialibus. Versiculus: *Lætamini in Domino*. Homelia propria. Responsoria de martyribus, videlicet: *Absterget, Sancti tui, Sancti mei*. **Item:** In vigilia nullum suffragium dicitur. **Item:** Nota, quod in vigilia Omnium sanctorum ante primas vespas Omnium sanctorum, et sic vespere beatæ Virginis communes leguntur, sed in festo Omnium sanctorum lectiones communes horæ beatæ Virginis non leguntur; et hoc ideo, quia de beata Virgine æque bene oratur et tenetur, ex quo de omnibus sanctis tenetur, sicut etiam non excipitur beata Virgo, quia universaliter legitur de omnibus sanctis, /36/ nullum excipiendo. Sed tamen in secundis vesperis Omnium sanctorum secundæ vespere Virginis etiam debent perlegi, simili modo per totam octavam Omnium sanctorum et ulterius, sicut alias est consuetum, omni die communes horæ beatæ Virginis cum secundis vesperis perleguntur. **Item:** Prima in festo Omnium sanctorum isto modo dicitur. Post psalmos consuetos dicitur *Laudate*. Capitulum et oratio proprium, et post orationem diei dicitur oratio *Domine Sancte Pater*,⁷⁵ deinde *Exsultabunt*. **Item:** In missa Omnium sanctorum Credo dicitur. Et præfatio cottidiana, et sic perficitur missa. **Item:** Post secundas vespas Omnium sanctorum statim vigilia mortuorum debet cantari in portico. *Placebo*, hoc est vespera eius, perficitur, deinde redeundo ad chorum, ibique tota vigilia mortuorum cum novem lectionibus, responsoriis et laudibus per duos chorales, necnon per totum chorum perficiuntur, et postea infra tres dies Omnium sanctorum vigilia mortuorum non legitur. **Item:**

⁷³ Coni.: *aliorum*

⁷⁴ Sic. Malim: *miliam*

⁷⁵ Orig. corr. de *Sancte Pater Domine*

SECUNDO DIE OMNIUM SANCTORUM missa defunctorum per episcopum in pontificalibus percantatur, et duo chorales sollemnizantes missam defunctorum. **Una** sequentia, videlicet: *Dies illa dies ira*. Sed cottidiana missa defunctorum super altare sanctæ crucis isto die non legitur, propterea quod chorus sollemnizat. **Item:** Neque in festo Omnium sanctorum debet dici missa defunctorum. **Item:** Nota, in missa defunctorum numquam datur osculum pacis, et finitur « Requiescant in pace ». **Item:** In missa defunctorum, in missa pro peccatis, in missa <in missa> de quinque vulneribus, in missa de spinea corona et in missa dum celebratur de Spiritu Sancto **Dum sanctificatus**, et hoc ferialiter in diebus ferialibus, numquam dicitur Gloria in excelsis, et in istis missis dicitur præfatio cottidiana, et concluditur cum Benedicamus Domino; /37/ sed si prædictæ missæ celebrarentur die dominica, tunc dicitur Gloria in excelsis, et finiuntur cum *Ite missa est*. **Item:** Nota, quod ista sex responsoria, quæ sequuntur lectiones secundo die, debent dici per totam octavam, secundo die incipiendo, et etiam in octava dicuntur. Sed illa responsoria, quæ fuerunt lecta ipso die, tantum ipso die leguntur, et non alias. Sed ista tria responsoria, quæ sequuntur homeliam secundo die, ista etiam dicuntur tantum secundo die. Sed ista tria responsoria, quæ sequuntur homeliam ipso die, ista debent dici cottidie per totam octavam, et etiam in octava ipsius festi. **Item:** Nota, quod

INFRA OCTAVAM OMNIUM SANCTORUM, quando imponitur aliqua nova historia, tunc in sabbato proximo ante dominicam historiæ novæ completorium dicitur unum, videlicet de dominica, et cras mane similiter dicitur una prima de dominica; sed in aliis festivitibus sanctorum, videlicet Emerici, sancti Adalberti, et cetera, semper prima et completorium dicuntur de octava Omnium sanctorum, quia isti sancti, habentes festa infra octavam Omnium sanctorum, æque bene sunt de numero omnium, sicut et alii sancti, quorum Deus omnipotens præest. **Item:** Nota, quod quodcumque infra octavam Omnium sanctorum in die dominico aut aliis feriis dominica imponitur, sive sit nova historia, sive non, tunc matutinum debet dici tantum de ista dominica, et de octava Omnium sanctorum tantum debet fieri suffragium, et non plus. Similiter, si infra octavam eorundem de aliquo festo servatur hora cum novem lectionibus, videlicet de sancto Emerico vel alio sancto, tunc matutinum cum aliis horis debet legi de isto sancto, et de octava Omnium sanctorum debet dici tantum suffragium, et nihil plus. Sed alia suffragia consueta bene possunt etiam servari. **Item:** Notatur, quod horæ canonicæ

SANCTI EMERICI perficiuntur ordine suo, sed post primas vesperas dicitur completorium de octava Omnium sanctorum cum ceteris. **Item:** Nota, quod horæ canonicæ, scilicet⁷⁶

⁷⁶ Sic. Malim: *sancti*

ADALBERTI, infra octavam perficiuntur ordine suo, et tam post primas, quam post secundas vespervas /37/ completorium de octava Omnium sanctorum, similiter prima, sicut dictum est supra, et cetera. **Item:**

IN OCTAVA PASCHÆ incipitur iste hymnus ad parvas horas: *Iam lucis* cum conclusione « Quæsumus auctor omnium », et durat ista conclusio usque ad Ascensionem Domini. Similiter etiam oratio *Spiritum nobis* ad primam et ad completorium durat usque ad Ascensionem Domini, et cetera. **Item:** Si aliquando occurrit, quod nova historia eodem dominico debet imponi, quando celebratur

DEDICATIO, tunc historia cedit Dedicationi sic, quod historia imponitur secunda vel tertia feria. Tunc, si in octava Dedicationis occurrit iterum impositio, tunc octava Dedicationis non servatur, sed historia imponitur. Si occurrerit aliquod festum sabbato ante Dedicationem in octava, tunc secundæ vespere tene[n]tur de illo sancto. **Item:** Si in septimana aliquod festum occurrit, de quo aliquis tenere voluerit, tunc leguntur primæ vespere de isto festo, et secundæ vespere non tenentur de feria; et hoc, si tenuerunt secundas vespervas dominicæ diei, v. sequenti de feria. **Item:**

IN OCTAVA PASCHÆ, quando legitur proprium « Communicantes », vel aliis festis, cum tenetur proprium « Communicantes », tunc nulla alia missa debet celebrari, nisi de isto festo, de quo tenetur illa octava, et cetera. **Item:** Nota, quod ex quo

FESTUM SANCTI ANDRÆ APOSTOLI propter maius festum, scilicet propter Adventum Domini transponitur, sic etiam octava eiusdem sancti Andree propter festum Conceptionis Mariæ, vel propter aliud festum sollempne debet transponi. **Item:** Credo dicitur. Et præfatio de Apostolis, sicut in festo ipsius. /38/ **Item:** Nota, quod primæ vespere

CONCEPTIONIS MARIE leguntur cum quinque antiphonis, sicut de Nativitate Mariæ, et quinque *Laudate*, ita quod nomen Nativitatis mutatur in nomen Conceptionis. Suffragia vero in primis vespere Conceptionis Mariæ dicuntur sic, ut post orationem diei Conceptionis ponitur suffragium de dominica, deinde de sancto Andrea, deinde de omnibus sanctis; sed in die sancto Conceptionis Mariæ nullum suffragium dicitur propter sollempnitatem. **Item:** Nota de festo Conceptionis Mariæ. Tam in primis vespere, quam in secundis completorium legitur eodem modo, sicut de Nativitate, cum hymno et collecta, capitulo, necnon cum aliis, versiculis, tantum mutando nomen Nativitatis in nomen Conceptionis. **Item:** Notatur

DE GENERALI FESTO. Nota, non sit dies tam sollempnis, ubi per omnes horas non consueverunt suffragia facere, tamen in secundis vespere eiusdem diei sollempnitatis omnia suffragia peragentur; sed hoc est verum, si alia secunda vespera temporalis non legitur alicuius, quia tunc omnia suffragia in illis vespere leguntur. Unde est exemplum de octava Assumptionis Mariæ, et etiam de sancto Stephano rege, quia licet de sancto Stephano per diem nullum suffragium fiet, quia omnes horæ eius sollempniter leguntur, tamen maius festum præcellit minus festum, ideo secundæ vespere san-

cti Stephani leguntur cum omnibus suffragiis, sed secundæ vesperæ beatæ Virginis debent sollemnizari sine aliquo suffragio, sicut dictum est de Assumptione Mariæ.

Et sic finitur rubrica totius anni de dominicis et festivitibus per Dei gratiam, amen, pro quo sit benedictus in sæcula sæculorum.

*

/38^v/ **Item:** Notatur, quod

IN QUATTUOR TEMPORIBUS preces quarta et sabbato die leguntur, sicut in ieiunio. Oratio, capitula propria de quattuor temporibus, similiter homelia. Alia de feria. Similiter et sexta feria preces leguntur, et cetera. **Item:** Si

FESTUM MICHAELIS evenerit sabbato, tunc animarum⁷⁷ non potest teneri dominica, sed feria secunda. **Item:**

QUANDO ALIQUA NOVA HISTORIA imponitur feriatibus sic, quod Dedicatio ecclesiæ impedit, vel aliud sollemne festum, tunc legitur nocturnus, sicut in breviario, sed propria capitula leguntur ad primam, tertiam, sextam, nonam de illa dominica cum sola homelia. **Item:** In vigiliis,

QUANDO TENETUR VIGILIA DE SANCTIS, responsoria ferialia et versiculi dicuntur ad primam, tertiam, sextam, nonam. Responsoria et nocturnus, nisi quod homelia legitur de vigilia, et cetera. **Item:**

DIEBUS DOMINICIS legitur præfatio de sancta Trinitate. Etiam si aliquod festum occurrit dominica die celebrandum, tunc eadem servatur, et *Confitemini* in prima. Et ista præfatio servatur usque ad dominicam Vidi Dominum, et cetera.

⁷⁷ Lectio incerta. Forte: *Hieronymi* vel *Adaperiat*

Ordinarium officii divini

secundum consuetudinem metropolitanæ ecclesiæ Strigoniensis

ORDINARIUM officii divini secundum consuetudinem metropolitanæ ecclesiæ Strigoniensis, a mendis purgatum et editum, opera et expensis reverendissimi domini Nicolai Telegdini, episcopi Quinqueecclesiensis et in spiritualibus administratoris archiepiscopatus Strigoniensis. Impressum Tirnaviæ in ædibus eiusdem reverendissimi domini episcopi Quinqueecclesiensis 1580.

Ecclesiæ Strigoniensi salutem.

Horto, ceu viridi varias si quis locet herbas,
Et mixtim tribuli, carduus ora levent:
Aut si, flore bono, pomis se fertilis arbos
Induat, exurgens Arbutus, umbra premat:
Custos, nil metuens, crescentes protegat, horti:
Num matura feret, poma rosasque manu:
Ordine, nil melius, Divorum munere, surgit,
Quo sine congestum crescit in orbe, chaos.
Quod veritus custos, urticas ecce, Telegdi,
Hoc vellit libro, qui moriturus erat:
Et tibi dans, Ecclesia Strigoniensis, ad annos
Commendat multos, Nestoreosque dies.

Lucas Pcechi Pannonius

IANUARIUS

Habet dies XXXI

Luna vero. XXIX

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
XIX	A	Kalendis	1	Circumcisio Domini.
VIII	b	III	2	Octava sancti Stephani
	c	III	3	Octava sancti Ioannis.
XVI	d	Pridie Nonas	4	Octava S. Innocentum.
VIII	e	Nonis	5	Vigilia
	f	VIII	6	Epiphania Domini.
XIII	g	VII	7	De octava Epiphaniæ.
II	A	VI	8	De octava
	b	V	9	De octava
X	c	IIII	10	De octava et commemoratio Pauli primi eremita.
	d	III	11	De octava
XVIII	e	Pridie Idus	12	De octava
VII	f	Idibus	13	Octava Epiphaniæ.
	g	XIX	14	Felicis presb. et S. Hilarii episcopi conf.
XV	A	XVIII	15	Mauri abbatis.
A 2				
III	b	XVII	16	Marcelli papae martyris.
	c	XVI	17	Antonii abbatis.
XII	d	XV	18	Priscæ virginis et martyris.
I	e	XIIII	19	Marii, Marthæ, Audifax et Abachum martyrum.
	f	XIII	20	Fabiani et Sebastiani martyrum. Ser
IX	g	XII	21	Agnætis virginis et martyris.
	A	XI	22	Vincentii martyris. Ser
XVII	b	X	23	Emerentianæ virginis er martyris.
VI	c	IX	24	Timothei episcopi et martyris.
	d	VIII	25	Conversio sancti Pauli apostoli.

Megjegyzés [kgv1]: 2.
lapon :Az eredeti olvashatatlan

XIII	e	VII	26	Policarpi episcopi et confessoris.
III	f	VI	27	Iuliani episcopi et confessoris.
XI	g	V	28	Secundo Agnetis.
	A	IIII	29	Valerii episcopi et confessoris.
XIX	b	III	30	Adelgundis virginis.
VIII	c	Pridie Kalendas	31	Vigili papæ, Ammonii martyris.

FEBRUARIUS

Habet dies XXVIII

Luna vero. XXX

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
	d	Kalendis	1	Brigidæ virginis.
XVI	c	IIII	2	Purificatio Beatæ Mariæ.
V	f	III	3	Blasii episcopi et martyris. Ser
	g	Pridie Nonas	4	Victori martyris.
XIII	A	Nonis	5	Agathæ virginis et martyris.
II	b	VIII	6	Dorotheæ virginis et martyris.
	c	VII	7	Apollinaris confessoris.
X	d	VI	8	Helenæ reginæ. Ser
	e	V	9	Apollinæ virginis et martyris.
XVIII	f	IIII	10	Scolasticæ virginis. Ser
VII	g	III	11	
	A	Pridie Idus	12	Iuliani martyris.
	b	Idibus	13	
III	c	XVI	14	Valentini martyris. Ser
A 3				
	d	XV	15	Faustini et Iovite martyrum.
XII	e	XIIII	16	Iulianæ virginis.
I	f	XIII	17	
	g	XII	18	Simeonis episcopi et martyris.
II	A	XI	19	
	b	X	20	
XVII	c	IX	21	
VI	d	VIII	22	Cathedra Sancti Petri.

	e	VII	23	Vigilia
	f	VI	24	Mathiæ apostoli.
XIII	g	V	25	Valpurgæ virginis.
III	A	IIII	26	
	b	III	27	
XI.	c	Pridie Kalendas	28	Romani abbatis confessoris.

Anno bisextili, additur unus dies. Et fit dierum 29. Et festum Sancti Mathiæ celebratur 25. die Valpurgæ 26. et cetera. Tuncque bis dicitur sexto Kalendas. Hoc est 24. et 25. die. Et sic littera dominicalis mutatur in superiorem, hoc est. Si fit D, in C, si fit C, in D, in aliis similiter.

MARTIUS

Habet dies XXXI.

Luna vero. XXIX.

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
XIX	d	Kalend.	1	
VIII	e	VI	2	
	f	V	3	
XVI	g	IIII	4	
V	A	III	5	
	b	Pridie Nonas	6	
XIII	c	Nonis	7	Thomæ de Aquino. Ser
				Et commemoratio sanctarum Perpetuæ et
Felicitatis.				
II	d	VIII	8	
	e	VII	9	Quadragesima martyrum.
X	f	VI	10	
	g	V	11	
XVIII	A	IIII	12	Gregorii papæ, confessoris et ecclesiæ
doctoris.				
VII	b	III	13	
	c	Pridie Idus	14	
A 4				
XV	d	Idibus	15	

III	c	XVII	16	
	f	XV	17	Gertrudis virginis.
XII	g	XV	18	
	A	XIII	19	
	b	XIII	20	
IX	c	XII	21	Benedicti abbatis. Ser
	d	XI	22	
XVII	e	X	23	
VI	f	IX	24	
	g	VIII	25	Annuntiatio Beatæ Mariæ.
XIII	A	VII	26	
III	b	VI	27	
XI	c	V	28	
	d	III	29	
XIX	e	III	30	
VIII	f	Pridie Kalendas	31	

APRILIS

Habet dies XXX.

Luna vero. XXX.

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
	g	Kalend.	1	
XVI	A	III	2	
V	b	III	3	
	c	Pridie Nonas	4	Ambrosii episcopi, confessoris et ecclesiæ doctoris
				Se
XIII	d	Nonis.	5	
II	e	VIII	6	
	f	VII	7	
X	g	VI	8	
	A	V	9	
XVIII	b	III	10	
VII	c	III	11	Leonis papæ confessoris. Ser

	d	Pridie Idus.	12	
XV	e	Idibus.	13	
III	f	XVIII	14	Tiburtii, Valeriani et Maximi martyrum.
A 5				
	g	XVII	15	
XII	A	XVI	16	
I	b	XV	17	Aniceti papæ martyris
	c	XIII	18	
IX	d	XIII	19	
	e	XII	20	
XVII	f	XI	21	
VI	g	X	22	Sotheris et Caii pontificum et martyrum.
	A	IX	23	Adalberti episcopi et martyris.
XVIII	b	VIII	24	Gregorii martyris.
III	c	VIII	25	Marci evangelistæ.
	d	VI	26	Cleti et Marcellini pontificum et martyrum.
XI	e	V	27	
	f	IIII	28	Vitalis martyris.
XIX	g	III	29	Petri martyris.
VIII	A	Pridie Kalendas	30	Quirini martyris.

MAIUS

Habet dies XXXI.

Luna vero. XXIX.

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
	b	Kalendis	1	Philippi et Iacobi apostolorum.
XVI	c	VI	2	Athanasii Episcopi et confessoris. Ser
V	d	V	3	Inventio Sanctæ Crucis.
Eventii et				Et commemoratio sanctorum Alexandri, Theod
Monica	e	IIII	4	Floriani martyris et commemoratio sanctæ

XIII.	f	III	5	Gothardi Episcopi et martyris.	
II	g	Pridie Nonas	6	Ioannis ante portam Latinam.	Ser
X	A	Nonis.	7		
	b	VIII	8	Apparitio sancti Michaelis.	Ser
	c	VII	9	Stanislai episcopi martyris.	
XVIII	d	VI	10	Gordiani et Epimachi martyrum.	
	e	V	11		
XV	f	IIII	12	Nerei et Achillei martyrum.	
IIII	g	III	13	Servatii episcopi et confessoris.	
	A	Pridie Idus	14	Bonifacii martyris.	
	b	Idibus.	15	Sophiæ et filiarum eius.	
XII	c	XVII	16		
I	d	XVI	17		
	e	XV	18		
IX	f	XIIII	19	Potentianæ virginis.	
	g	XIII	20		
XVII	A	XII	21		
VI	b	XI	22		
	c	X	23		
XIIII	d	IX	24	Donatiani et Rogatiani martyrum.	
III	e	VIII	25	Urbani papæ et martyris.	Ser
XI	f	VII	26	Eleutherii papæ et martyris.	
	g	VI	27	Ioannis papæ et martyris.	
XIX	A	V	28		
VIII	b	IIII	29		
	c	III	30	Felicis papæ et martyris.	
XVI	d	Pridie Kal.	31	Petronellæ virginis.	

IUNIUS

Habet dies XXX.

Luna vero. XXX.

Aur.	Lit.	Dies		
Num.	Dom.			
V	e	Kalend.	1	Nikomedis martyris.
	f		2	Marcellini et Petri martyrum
XIII	g	III	3	Pergentini et Laurentini martyrum

II	A	Pridie Nonas	4	Quintini martyr	
	b	Nonis	5		
X	c	VIII	6	Claudii episcopi et confessoris	
	d	VII	7	Luciani martyr	
XVIII	e	VI	8	Medardi et Gildardi episcoporum et	
confessorum					
VII	f	V	9	Primi et Feliciani martyrum	
	g	IIII	10		
XV	A	III	11	Barnabæ apostoli.	Se
III	b	Pridie Idus	12	Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii	
martyrum					
	c	Idibus	13	Anthonii de Padua confessoris.	Se
XII	d	XVIII	14	Basilii episcopi et confessoris.	Se
I	e	XVII	15	Viti, Modesti et Crescentii martyrum	
	f	XVI	16	Quirici et Iulitæ martyrum	
IX	g	XV	17		
	A	XIIII	18	Marci et Marcelliani martyrum	
XVII	b	XIII	19	Gervasii et Prothasii martyrum	
VI	c	XII	20		
	d	XI	21	Albani martyr	
XIIII	e	X	22	Decem milia martyrum	Se
confessoris				Et commemoratio Paulini episcopi et	
III	f	IX	23	Vigilia	
	g	VIII	24	Nativitas Ioannis Baptistæ.	
XI	A	VII	25		
	b	VI	26	Ioannis et Pauli martyrum.	Se
XIX	c	V	27	Ladislai regis Hungariæ.	
VIII	d	IIII	28	Vigilia	
	e	III	29	Petri et Pauli apostolorum.	
XVI	f	Pridie Kal.	30	Commemoratio Pauli apostoli.	Se

IULIUS

Habet dies XXXI.

Luna vero. XXIX.

Aur.	Lit.
------	------

Num.	Dom.	Dies		
V	g	Kalendis	1	Octava Sancti Ioannis Baptistæ.
Commemoratio		Vigiliæ visitationis Beatæ Mariæ Virginis.		
	A	VI	2	Visitatio Beatæ Mariæ Virginis.
XIII	b	V	3	De octava Visitationis.
II	c	IIII	4	De octava. Et commemoratio sancti
Udalrici	d	III	5	et co
	e	Pridie Nonas	6	De octava.
X	f	Nonis	7	Octava apostoli Petri et Pauli.
sancti	g	VIII	8	De octava Visitationis. Et commemoratio
XVIII	A	VII	9	Wilibaldi episcopus et co
Kiliani,	b	VI	10	et Totnati n
Colonati	c	V	11	Octava Visitationis. Ser
VII	d	IIII	12	Septem fratrum martyrum.
	e	III	13	Pii papæ martyr.
XV	f	II	14	Naboris et Felicis martyrum.
IIII	g	Idibus	15	Margaritæ virginis et martyris.
	A	XVII	16	Bonaventuræ episcopi et confessoris.
XII	b	XVI	17	Divisio apostolorum. Ser
I	c	XV	18	Andreæ et Benedicti martyrum. Ser
	d	XIIII	19	Symphorosæ cum septem filiis martyrum.
XVII	e	XIII	20	
VI	f	XII	21	Anacleti papæ martyr.
	g	XI	22	Praxedis virginis.
XIIII	A	X	23	Mariæ Magdalenæ.
III	b	IX	24	Apollinaris episcopi et martyris.
XI	c	VIII	25	Vigilia.
	d	VII	26	Iacobi apostoli.
XIX	e	VI	27	Annæ, matris Mariæ.
VI	f	V	28	Septem dormientium martyrum.
	g	IIII	29	Panthaleonis martyr.
XVI	A	III	30	Depositio sancti Ladislai regis. Ser
V	b	Pridie Kalendas	31	Abdon et Sennen martyrum.
				Germani episcopi et confessoris.

AUGUSTUS

Habet dies XXXI.

Luna vero. XXX.

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
XIII	c	Kalendis	1	Petri ad vincula.
II	d	III	2	Stephani papæ martyris.
	e	III	3	Inventio corporis sancti Stephani protomartyris.
X	f	Pridie Nonas	4	Gaudentii episcopi et confessoris.
	g	Nonis	5	Beatæ Mariæ ad nives.
XVIII	A	VIII	6	Transfiguratio Domini.
III		b	VII	7

SEPTEMBER

Habet dies XXX

Luna vero. XXIX

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
	d	Kalend.	1	Brigidæ virginis.

OCTOBER

Habet dies XXXI

Luna vero. XXX

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
	d	Kalend.	1	Brigidæ virginis.

NOVEMBER

Habet dies XXX
Luna vero. XXIX

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
	d	Kalend.	1	Brigidæ virginis.

DECEMBER

Habet dies XXXI
Luna vero. XXX

Aur.	Lit.			
Num.	Dom.	Dies		
	d	Kalend.	1	Brigidæ virginis.

Tabula literarum dominicalium

Rubricæ

Rubricæ Generales

De festis duplicibus, semiduplicibus et simplicibus

Festorum alia sunt duplicia, alia semiduplicia, alia simplicia. Duplicia sunt, quibus in kalendario apponitur hæc vox: « Duplex ». Item: dies omnes a feria quinta in Cena Domini usque ad tertiam Paschæ inclusive. Dominica in Albis, Ascensio Domini, tres dies Pentecostes, Corporis Christi, Dedicacionis et Patroni ecclesiæ. Et horum quædam coluntur etiam a populo, videlicet dies Parasceves, feria secunda et tertia Paschæ et Pentecostes, Ascensionis et Corporis Christi et alia, quæ rubro colore scribuntur in kalendario. Quædam non coluntur, sed sunt festa tantum chori, ut omnia, quæ nigro colore sunt notata.

Semiduplicia festa sunt, quibus in kalendario apponitur hæc vox: « Semiduplex ». Item dominicæ per annum, (excepta dominica in Albis, quæ est octava Paschæ, et ideo duplex), dies infra octavas. Ex semiduplicibus coluntur a populo solæ dominicæ totius anni.

Simplicia festa sunt, quibus in kalendario non apponitur hæc vox: « Duplex », vel: « Semiduplex », vel: « de octava ». Quibus similes sunt vigiliæ et feriæ in ordinando officio divino.

De concurrentia officii

Concurrentia officii attendenda est semper in secundis vesperis, quomodo fit ordinandum officium cum sequenti die. /C/ Itaque cum dicitur aliquod officium

cum alio concurrente, intelligitur de præcedenti in secundi vesperis cum sequenti in primis vesperis, ut de secundis vesperis hodierni, concurrentibus cum primis vesperis crastini festi.

Duplici igitur festo concurrente cum alio duplici, hoc est, si et duplex festum celebratur, et cras simile fit celebrandum, secundæ vesperæ hodierni festi perficiuntur primo (et hoc, in choro, fit per prebendarios aut alios choralistas) post nonam vel vespere beatæ Mariæ Virginis, et primæ vesperæ crastini sollemniter dicuntur hora vesperarum consueta, nisi aliter in propriis locis ordinentur.

Duplici vero hodierno concurrente cum crastino semiduplici, cum die infra octavam, cum festo simplici, et cum officio sanctæ Mariæ in sabbato, omnia in secundis vesperis dicuntur de duplici, cum commemoratione illorum per suffragium.

Semiduplici festo, dominica, et die infra octavam concurrentibus cum sequenti duplici, secundæ vesperæ illorum cantantur vel leguntur post nonam, aut cottidianas vespere beatæ Mariæ Virginis. Et pro sollemni officio servantur primæ vesperæ crastini festi duplicis.

Semiduplici concurrente cum sequente alio semiduplici festo, vel dominica, idem fit, quod proxime dictum est de concurrentia semiduplicis cum duplici. Hoc est, dictis primum secundis vesperis hodiernis, primæ vesperæ crastinæ diei sollemniter peraguntur. Si ve/C2/ro dominica concurrat cum sequenti semiduplici, in vesperis omnia dicuntur de dominica, et de semiduplici fit commemoratio per suffragium. Quod si hodie est festum semiduplex, et cras erit dies infra octavam, aut festum simplex fit suffragium de octava, et festo simplici, in fine secundarum vesperarum hodierni festi. Si autem hodie est dies infra octavam, et cras sequetur festum semiduplex, dictis post nonam vesperis octavæ, dicuntur primæ vesperæ crastini semiduplicis hora vesperarum solita.

Dies octava festi habentis octavam, si concurrat cum crastino duplici, servatur rubrica de concurrentia duplicis cum sequenti duplici.

Simplici festo præcedente, et duplici, vel semiduplici sequente, absolutis post nonam secundis vesperis simplicis, primæ vesperæ dicuntur de duplici vel semiduplici. Si autem et hodie est festum simplex, et cras sequetur simplex, in secundis vesperis hodierni, fiet suffragium de crastino. Quod si præcedente qualicumque festo cras sequetur feria, in secundis vesperis festi præcedentis, dicitur suffragium pro pace solum. Si hodie est feria, et die crastina erit festum qualecumque, non dicuntur vesperæ de feria, sed tantum de festo sequenti.

De antiphonis

In festis duplicibus habentibus octavam, duplicantur antiphonæ, hoc est dicuntur integræ ante et post psalmos, in utrisque vesperis, matutino et laudibus. In duplicibus non habentibus octavam, in semiduplicibus et simplicibus, /C3/ duplicantur tantum

in primis vespere. In aliis autem horis in principio psalmodiarum inchoantur solum, et in fine integræ repetuntur. Diebus infra octavam non duplicantur. Hoc tamen observandum est, quod quando in secundis vespere festorum, in quibus dictum est non duplicari antiphonas, organum tangitur, ultima antiphona ad psalmos, et ad Magnificat, in choro saltem integra dicitur ante psalmum, et post repetitur in organo.

De Benedicamus Domino

Benedicamus Domino in fine vespere et laudum, in choro, debet esse conforme Kyrie, quod in missa eiusdem diei cantatur, exceptis certis diebus, in quorum rubricis aliter notatum invenies.

De orationibus

In officio festi duplicis, tam in vespere, quam in aliis horis et missa, unica dicitur oratio: nisi fit facienda commemoratio de aliquo festo simplici, in eundem diem cadente, vel de octava, aut pro præsentis necessitate, ut pro pluvia, serenitate, contra pestem et cetera, secunda dici debeat. In festis vero semiduplicibus possunt dici plures orationes, prout tempus et necessitas postulaverit.

Quando duæ orationes sunt in missa dicendæ, sub una conclusione terminantur. Hoc est, post primam et principalem orationem non dicitur: « Per Dominum nostrum » et cetera, aut: « Qui tecum vivit » et cetera, sed statim immediate subiungitur /C4/ secunda, et ea tandem concluditur. Ita fit etiam in vespere, ubi commemoratio aliqua fit facienda, per solam orationem sine antiphona.

Si tres orationes dicuntur, prima, quæ est principalis, concluditur, et dicto post eam: « Amen », præmissoque: « Oremus », aliæ duæ sub una conclusione perficiuntur.

Si quinque, duæ primæ sub una, et tres sub altera.

Si septem, tres sub priori, et quatuor sub posteriori conclusione absolvuntur. Quattuor, aut sex, aut plures septem, non solent in aliquo officio dici.

Si missa, in qua plures, quam duæ orationes dicuntur, terminari debet per « Ite missa est ». Ultima oratio fit ex tali officio, quod et ipsum, si per se celebraretur, deberet eodem modo terminari. Si autem in fine præsentis missæ « Benedicamus Domino » dicendum est, postrema oratio de officio, quod itidem per Benedicamus concluderetur, sumi debet.

Mediæ sunt indifferentes.

De Kyrie eleison et Ite missa est

Kyrie, in omnibus festis et missis beatæ Mariæ Virginis in choro canitur sub notis, quæ sunt eiusdem Dominæ nostræ propriæ. Dies quoque dominicæ et feriæ, ac festa

apostolorum, habent notas proprias, quæ in illis semper servantur, ubi aliter non invenitur ordinatum.

De martyribus autem, confessoribus et virginibus, in simplicibus tantum /C5/ eorum festis, cantatur Kyrie cum notis ipsorum propriis. In aliis vero quibuscumque festis duplicibus et semiduplicibus (exceptis paucis, de quibus suis locis dicitur) Kyrie Cunctipotens cantari solet. Ite missa est semper debet tale esse, quale Kyrie in eodem officio cantatum est.

De Gloria in excelsis

Gloria in excelsis, in choro, sequitur notas Kyrie. Non dicitur in dominicis Adventus et a Septuagesima usque Dominicam Palmarum inclusive, in feriis et missis pro defunctis.

De symbolo

Credo non dicitur in festis martyrum, confessorum et virginum, nisi sint patroni, vel doctores, vel eorum festa cadant in diem dominicum, aut infra octavam. Non dicitur etiam in missis votivis, de feria, pro defunctis et beatæ Mariæ Virginis in sabbato. Alias dicitur, ubi in speciali alicuius diei rubrica, aliter non invenitur ordinatum.

De Sanctus

Si in missa canitur Kyrie Magnæ Deus, aut Fons bonitatis, Sanctus cantetur Angelicum. Si Kyrie Cunctipotens, Sanctus sollemne, vel Rosemberg. Alias Sanctus respondere debet ipsi Kyrie, ut, si Kyrie dicitur de beata Mariâ Virgine, aut de apostolis, aut de martyribus, aut de confessoribus, aut de virginibus, Sanctus quoque de iisdem dicatur.

Ordinarium officii divini de tempore

DOMINICA PRIMA ADVENTUS **in primis vespere** antiphonæ, psalmi, capitulum, responsorium, hymnus, versiculus, oratio, ut in libro. Oratio illius diei non concluditur, sed ea sine conclusione finita, pro suffragio de beata Maria Virgine dicitur antiphona: *Missus est*, versiculus: *Ave Maria* et oratio *Deus qui de beata Maria Virginis utero*. **Item:** De omnibus sanctis antiphona: *Ecce Dominus veniet*. Versiculus: *Ibunt sancti de virtute in virtutem*, et oratio: *Conscientias nostras*, quæ concluditur. Benedicamus dominicale de Adventu. Suffragium de octava sancti Andreae perficitur ante vespere diei, in vespere beatæ Virginis. Nec fiunt alia suffragia in Adventu, nisi de beata Virgine et de omnibus sanctis. Ac de octava sancti Andreae, quamdiu ea durat. **In completorio**, dicto « Convertite nos » et cetera et « Deus in adiutorium » cum « Alleluia » in fine, nulla præmissa antiphona, incipitur psalmus *Cum invocarem*. Quo cum ceteris psalmis finito, repetitur semel « Alleluia », quod servatur per totum annum, ubicumque aliter non invenitur notatum. Hymnus: *Verbum supernum*. Capitulum: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet*. Versiculus: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ*. Antiphona ad Nunc dimittis: *Veni Domine visitare nos in pace*. Quæ dicitur cottidie, usque ad sabbatum ante dominicam tertiam exclusive. Ab eodem autem sabbato deinceps: *A diebus Ioannis Baptista*. Oratio: *Prope esto* et *Deus qui illuminas* et cetera. Benedicamus feriale minus. Finito completorio, pro suffragio missæ matutinæ sequentis diei dicitur antiphona: *Ecce concipies et paries filium*. Oratio: *Gratiam tuam*.

Diebus autem sabbati. in templo, his finitis, ante aram Beatæ Virginis canitur antiphona *Salve Regina* cum versiculo *Angelus Domini nuntiavit Mariæ*. Responsum *Et concepit de Spiritu Sancto*, ac oratione *Deus qui de beata Mariæ Virginis utero*. Et sic peragitur completorium per totum adventum, tam dominicis et festivis quam ferialibus diebus, quando secus non ordinatur in speciali rubrica alicuius diei.

In matutinis precibus et laudibus omnia ut in libro. Ad singulos nocturnos singulæ antiphonæ dicuntur. Psalmi de dominica ut in psalterio. In fine lectionum primi nocturni, non dicitur « Tu autem Domine » sed loco eius « Hæc dicit Dominus Deus: convertimini ad me et salvi eritis ». Primum responsorium canitur cum versibus et repetitionibus suis. Et post *Gloria Patri* repetitur ab initio usque ad versum *Cuique terrigenæ* exclusive. « Te Deum laudamus » non dicitur in adventu, in officio de tempore. In fine laudum, fiunt suffragia de beata Maria, Sancti Andrea et omnibus sanctis.

Ad primam hymnus *Iam lucis*, antiphona *Bethlehem non eris minima*. Psalmi *Deus deus meus respice* cum ceteris et *Laudate dominum omnes gentes*. Capitulum *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet* ut in completorio. Responsorium *Iesu Christe*

Fili Dei vivi et cetera. Versus Qui venturus es in mundum. Versus Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Oratio Prope esto et Domine Sancte Pater et cetera. Preces Exsultabunt sancti.

Ad tertiam antiphona Hora est iam nos de somno surgere. **Ad sextam** Scientes quia hora.

Ad nonam Nox præcessit. Alia ut in libro. Hymni horarum canuntur ad notam hymni Conditor alme [siderum] et concluduntur semper cum versu Laus honor virtus gloria dum fit officium de tempore. Quando vero de sanctis: Deo Patri sit gloria.

Missa matutina omnibus diebus, tam dominicis et festis, quam ferialibus canitur de beata Virgine Rorate.

In summa missa. Ad aspersionem aquæ benedictæ antiphona Asperges me cum notis dominicalibus. Versus Ostende nobis Domine. Oratio Præsta nobis quæsumus Domine per hanc sanctificatæ aquæ aspersionem. Quod servabitur in omnibus aliis dominicis totius anni, ubicumque aliter non inveneris notatum. Ad processionem responsorium Ecce dies veniunt. In loco stationis: suffragia de beata Virgine (antiphona Missus est, cum suo versiculo et oratione.) et de sancto, in cuius honorem locus ille dedicatus est. In reditu cantetur hymnus Conditor. Dum ad chorum fuerit perventum, ante magnum altare officians dicat versum Introibo in domum tuam Domine. Et orationem

D

Domine Iesu Christe. Kyrie et Sanctus dominicale de adventu. Gloria in excelsis non dicitur tempore adventus in officio de dominica et de feria. Prima oratio de dominica. Secunda de beata Virgine. Tertia de omnibus sanctis. Prosa hodie Mittit ad Virginem. In aliis dominicis Salve porta. Credo et Patrem dominicale, præfatio cottidiana cum cantu sollemni. Loco Ite missa est canitur « Benedicamus Domino » ut in primis vesperis. Alia omnia sicut habentur in libro.

In secundis vesperis antiphona de laudibus. Psalmi Dixit Dominus cum ceteris de dominica. Responsorium Lætentur cæli. Ad Magnificat antiphona Ne timeas Maria. Suffragia de beata Virgine, sancti Andreæ et omnibus sanctis. Alia ut in primis vesperis.

Hic ordo observatur in aliis quoque dominicis adventus, sevatis tamen his, quæ cuilibet dominicæ sunt propria.

Hodie a matutino usque ad completorium post secundas vespas inclusive, non dicuntur horæ cottidianæ de beata Virgine, sed incipientur nocte sequenti. Nec in sabbatis adventus, fit officium de ipsa, verum de feria aut de festo incidenti.

Megjegyzés [kgv2]: 26. lap a
forrásban : syderum

Notandum, quod festa incidentia in dominicas adventus, si sint duplicia aut semiduplicia, transferuntur in alium diem hebdomadæ, simili festo non impeditum. Si vero simplicia, prætermittuntur. Aliis quoque diebus infra hebdo

D 2

madam, non fit officium de festis simplicibus sed de feria.

FERIA SECUNDA

Ad matutinum invitatorium Regem venturum. Antiphonæ et psalmi feriales de psalterio. Versiculi et lectiones, ut in libro. Responsorium primum *Aspiciebam*, secundum *Salvatorem*, tertium *Montes Israel*. **Ad laudes** antiphonæ et psalmi eiusdem feriæ ex psalterio. Capitulum, hymnus, versiculus ut heri. Antiphona ad *Benedictus Angelus Domini*. Oratio et suffragia eadem, quæ in dominica præcedenti. *Benedicamus feriale minus*.

Ad primam antiphona *Salvatorem*. Psalmi *Deus in nomine*, cum ceteris. Preces *Exsultabunt sancti dicuntur post primam de beata Virgine*.

Ad teriam antiphona *Veni et libera*. Responsorium *Ostende nobis domine*. Versus *Memento nostri Domine*.

Ad sextam antiphona *Tuam Domine excita potentiam*. Responsorium *Ostende nobis domine*. Versus *Memento nostri Domine*.

Ad nonam antiphona *In tuo adventu*. Responsorium *Super te Ierusalem*, versus *Domine Deus virtutum*. Alia in his horis omnia eadem, quæ dis hesternis, hoc excepto, quod hymni canuntur ad notam *Verbum supernum*.

Missa fit de dominica. *Kyrie et Sanctus feriale*, *Gloria in excelsis*, *prosa et Credo* non dicitur. *Alleluia* dicitur, et ultimo repetitur cum omnibus notis. Concluditur *missa cum Benedicamus, feriale minore*.

Ad vesperas antiphonæ et psalmi feriales de psalterio. Capitulum, hymnus, versus et oratio de dominica. Responsorium non dicitur. Antiphona ad *Magnificat Ierusalem respice*. *Benedicamus, feriale minus*.

Hoc ordine peragitur officium divinum in aliis quaquæ feriis adventus, servatis his, quæ propria sunt cuiusque feriæ. Et quæ in speciali quarundam feriarum rubrica, aliter ordinantur.

Notandum quod in Adventu Domini, quando officium fit de sancto, suffragium de beata Maria Virgine omittitur. Et in vespers cottidianis eiusdem Virginis, ac in fine laudum de festo, fiunt suffragia de feria, de octava sancti Andreae, (si durat) et de omnibus sanctis.

DE IEIUNIO QUATTUOR TEMPORUM IN ADVENTU

Ieiunium Quattuor Temporum, celebratur feria quarta, et sexta, et sabbato post tertiam dominicam adventus.

Feria quarta ad matutinum invitatorium Surgite vigilemus, antiphonæ et psalmi feriales de psalterio. Sed si ex maioribus laudibus, de quibus infra dicitur, secundum rubricam ibi positam, aliquæ sint hodie imponendæ, ad psalmos unica antiphona dicitur, videlicet

D 4

Domine Deus virtutum. Versiculus Timebunt gentes. Lectiones propria, responsoria de dominica præcedenti. Si adhuc illa duodecim responsoria, quæ in quattuor feriis ante vigiliam Nativitas Domini dici solent, (ut suo loco exponetur,) non sunt inchoata.

Ad laudes antiphonæ de psalterio, aut de laudibus maioribus: psalmi feriales. Capitulum proprium. Hymnus Vox clara. Versiculus Vox clamantis, antiphona ad Benedictus Quomodo fiet istud. Quia repetita post finem cantici, dicuntur preces, prout in Quadragesima, hoc excepto, quod et hic et in aliis horis septem psalmi omittuntur. Oratio, de die, et de dominica, sub una conclusione.

Megjegyzés [kg3]: 30. lap
septem psalmi pœnitentiales ?

Ad primam, tertiam, sextam, nonam si laudes sunt impositæ, antiphona ex iisdem laudibus, sin minus feriales de adventu. Preces dicuntur sine psalmis pœnitentialibus. Confiteor non dicitur ad primam.

In missa, Kyrie feriale minus. Prout in principio **litaniaz** solet cantari. Ante primam orationem, non dicitur « Dominus vobiscum », sed « Oremus », « Flectamus genua », « Levate ». Post secundam orationem dicuntur aliæ duæ, de dominica et omnibus sanctis. Sanctus cantatur sicut in officio pro defunctis, et missa concluditur cum « Benedicamus Domino » feriali. Alia omnia ut in libro.

Megjegyzés [kg4]: 33. lap :
Letaniæ

In vespere, ad psalmos antiphona Dicite **pusillanimes**, si laudes sunt impositæ: alias antiphonæ sumuntur ex psalterio, capitulum et oratio de do-

Megjegyzés [kg5]: 30. lap
Pusillanimes ??

D 5

minica præcedenti. Responsorium Festina ne tardaveris. Antiphona ad Magnificat Ponam in Sion. Vel, de O Sapientia. In vespere et in completorio preces non dicuntur.

Eodem ordine peragitur officium feria sexta et sabbato quattuor temporum, servatis iis, quæ cuiusque diei propria sunt. In missa sabbati ad ultimam orationem dicitur « Dominus vobiscum », ad alias omnes « Oremus » « Flectamus genua ».

Si vigilia sancti Thomæ venerit aliquo die quattuor temporum, officium fit de quattuor temporibus, ac in matutinis precibus, pro tertia lectione legitur homilia vigiliæ. In fine autem laudum, cum orationibus feriæ et de dominica, sub una conclusione dicitur oratio eiusdem vigiliæ. In fine autem laudum, cum orationibus feriæ et de dominica, sub una conclusione dicitur oratio eiusdem vigiliæ. In missa quoque dicuntur tres orationes, prima de feria quattuor temporum. Secunda de dominica, tertia de vigilia.

Si festum sancti Thomæ inciderit in quattuor tempora, officium fit de festo. Sed in matutino pro nona lectione legitur homilia feriæ. Et pro feria, post laudes festi subiungitur antiphona ad Benedictus ex officio quattuor temporum, cum precibus. Quibus finitis, et præmisso « Dominus vobiscum », dicuntur orationes de feria et dominica sub una conclusione, et « Benedicamus Domino » ferialiter.

Suffragia consueta in quattuor temporibus perficiuntur, sicut in aliis feriis.

DE LAUDIBUS MAIORIBUS

In feriis quartæ hebdomadæ adventus Domini, ponuntur in breviario laudes propriae, quas maiores vocamus, de quibus observandæ sunt rubricæ sequentes.

Quando Natalis Domini cadit in diem dominicum laudes Prophetæ sancti, feria quarta : et laudes Pusillanimes, sabbato tertiæ hebdomadæ adventus imponentur. Aliæ dicendæ sunt in quarta hebdomada diebus eis appropriatis.

Si Natalis Domini venerit feria secunda, laudes De Sion, feria quinta secundæ hebdomadæ, et aliæ in tertia hebdomada in propriis feriis dici debent.

Megjegyzés [kgy6]: 32. lap
secundæ ??

Si Natalis Domini feria tertia celebrabitur, laudes Constantes, imponentur feria sexta secundæ hebdomadæ. Aliæ in tertia hebdomada diebus eis appropriatis.

Si Natalis Domini in feriam quartam ceciderit, laudes Dicite pusillanimes, habebunt locum sabbato secundæ hebdomadæ. Aliæ in tertia hebdomada in propriis feriis. Præter laudes Ecce veniet, quæ reservantur ad feriam secundam quartæ hebdomadæ.

Si Natalis Domini venerit feria quinta, omnes laudes in tertia hebdomada, diebus eis accommodatis dicuntur. Exceptis laudibus Rorate cæli, quæ ad feriam tertiam quarte hebdomadæ differuntur.

Si Natalis Domini feria sexta celebrabitur, laudes Ecce veniet, feria secunda De Sion, feria quinta : Constantes, feria sexta : Dicite pusillanimes, sabbato in tertia hebdomada debentur imponi Rorate cæli, feria tertia Prophetæ sancti, feria quarta quartæ hebdomadæ.

Si Natalis Domini sabbatum occupaverit, laudes Rorate cæli, feria tertia : Constantes, feria sexta : Dicite pusillanimes, sabbato imponentur in tertia

hebdomada. Ecce veniet, Prophetæ sancti et De Sion, dicentur in quarta hebdomada, in propriis feriis.

Notandum, quod dum prædicatæ laudes imponuntur in quattuor temporibus, tunc ad matutinum invitatorium Surgite vigilemus. Si autem aliis diebus, invitatorium Præstolantes. Antiphona vero ad nocturnum, semper Domine Deus virtutum ac in vesperis ad psalmos antiphona Dicite pusillanimes.

DE ANTIPHONIS MAIORIBUS, O.

Antiphona O Sapiëntia dicitur ad Magnificat, die decima septima Decembris. Et aliæ quæ sequuntur imponuntur ordine sequentibus diebus, usque ad diem vigiliam Nativitatis Domini, tam in dominica quam in feriis. Inchoantur autem in choro, per unum ex dominis capitularibus. Et dicuntur integræ tam in principio quam in fine cantici Magnificat. In festo sancti Thomæ in primis et secundis vesperis, debent dici post orationem diei, pro commemoratione adventus. Cum versiculo et oratione de dominica. Et iam deinceps pro suffragio de beata Maria Virgine in fine vesperarum dicitur antiphona O virgo virginum, in fine laudum O Gabriel.

DE DUODECIM RESPONSORIIS

Responsorium Clama in fortitudine cum aliis undecim, quæ sunt in matutini precibus post lectiones, feria secunda, tertia, quarta et quinta quartæ hebdomadæ, in breviario posita, servari debent ad matutinum pro quattuor feriis vigiliam Nativitas Domini immediate præcedentibus.

DIES ANTE VIGILIAM NATIVITATIS DOMINI

In die ante vigiliam nativitatis, in vesperis dicendum est responsum De illa occulta.

DE VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

In vigilia Nativitatis Domini, nullum suffragium dicendum est, nec Te Deum laudamus. In missa Kyrie et Sanctus feriale. Ad orationem (quæ unica debet dici) præmisso « Dominus vobiscum » dicitur « Oremus, Flectamus genua, Levate ». Et finita prophetia Propter Sion non tacebo statim sine intervallo subiungitur epistola. Quod servabitur etiam in missis festi Nativitatis Domini. Alia ut in libro.

E

Verum, si hæc vigilia, in diem dominicam inciderit, tunc officium peragetur hoc ordine. Sabbato vespere dicentur de dominica, sed loco responsorii eiusdem dominicæ, dicitur responsorium De illa occulta. In matutino, invitatorium de vigilia. In duobus primis nocturnis, omnia de dominica. Ad tertium nocturnum antiphona de vigilia *Levate capita vestra*, psalmi de eodem nocturno dominicæ. In fine laudum fit suffragium de dominica per antiphonam ad Benedictus, versiculum *Vox clamantis* et orationem.

In missa Kyrie et Sanctus sicut in dominicis adventus, oratio de vigilia et dominica sub una conclusione, Alleluia de dominica. Prosa *Mittit ad Virginem*. Credo dicitur. Reliqua omnia tam in nocturno quam in diurno officio de vigilia, prout in libro habentur.

Hodie pro defunctis, leguntur vigiliæ novem lectionum, et deinceps per totam octavam tacetur de eis. Cottidianæ horæ Beatæ Virginis neque in vigilia, neque per totam octavam nativitatis dicuntur.

FESTUM NATIVITATIS DOMINI

In festo Nativitatis Domini nostri Iesu Christi in primis vespere priusquam dicatur «*Deus in adiutorium*», dicuntur antiphonæ *Ave spes nostra* et cetera, quarum tres priores, in choro cantant pueri, quartam choratores. Repetita ultima antiphona post psal-

E 2

mos, immediate ante capitulum dicitur (in choro per choratores) antiphona *Gaude et letare. Benedicamus Magnæ Deus*.

In completorio antiphona ad psalmos Alleluia, hymnus *Lux mundi*, capitulum *Paradisi porta*, versiculum *Benedictus qui venit in nomine Domini*, oratio *Famulorum tuorum et Deus qui illuminas*. Benedicamus feriale.

In matutino benedictiones De beata Virgine Maria. Dum in choro canitur responsorium *Verbum caro*, tam hodie in laudibus, quam per totam octavam in vespere, domini capitulares debent stare extra stallum in choro, duobus ordinibus : et tenere singuli in manibus, lucernas ardentes. Finito ultimo responsorio, dicitur Evangelium *Liber generationis*. Deinde *Te Deum* laudamus. Quo finito, in choro incipitur **missa in galli cantu**. Kyrie, Sanctus Patrem de beata Virgine. Præfatio hodie in omnibus missis et per totam octavam (excepto festo sancti Ioannis) Quia per incarnati verbi mysterium cum suo Communicantes. In choro post *Agnus Dei* statim incipiuntur laudes (omisso «*Deus in adiutorium*») ab antiphona *Quem vidistis*

pastores, capitulum, hymnus, versiculus non dicuntur, sed repetita ultima antiphona ad psalmos, statim cantatur antiphona ad Benedictus Gloria in excelsis ; (extra chorum autem omnia dicuntur quæ aliis diebus in laudibus dici solent) finito cantico Benedictus cum sua antiphona, canitur communio, et finitur missa. Loco Ite missa est, choratores cantent Benedicamus Domino, cum notis de beata Virgine. Sed extra chorum dicitur « Ite missa est ».

In missa in aurora Kyrie fons bonitatis, Patrem sollemne, Sanctus angelicus. In prima, tertia, sexta, nona, hymni concluduntur cum versibus Enixa est puerpera et sequentibus, ultimus versus Gloria tibi domine, qui natus es de virgine. Quod servatursemper quando officium fit, vel aliqua horarum dicitur de nativitate. Quando vero de Sanctis, conclusio hymnorum Summo parenti.

In summa missa ad aspersionem aquæ benedictæ Asperges cum vesiculo et oratione. Ad processionem responsorium Verbum caro factum est. Kyrie Magnæ Deus, Prosa per totam octavam Grates nunc. Patrem sollemne, Sanctus angelicus.

In secundis vesperis , finita oratione de Nativitate Domini, et dicto post eam, « Amen ». Mox incipitur (in choro per organum) pro sancto Stephano responsorium Lapidis torrentis. Deinde hymnus, Stephano primo martyri, cum Fulget dies, versus Gloria et honore, antiphona ad Magnificat Ave protomartyr, oratio Da nobis quæsumus Domine. Et loco Benedicamus, in choro, per totam octavam, canitur Puer natus, per dominos capitulares stantes extra stallum. Deo dicamus gratias , hodie Magnæ Deus.

In completorio antiphona ad psalmos Alleluia, hymnus Corde natus. Capitulum Populus gentium. Versus Verbum caro factum est. Antiphona ad Nunc dimittis Ecce de quo Ioannes

E 4

dixit. Oratio Presta quæsumus omnipotens Deus, ut natus et cetera. Et Deus qui illuminas. Benedicamus feriale. Ita dicitur completorium per totam octavam, ubi aliter non reperitur ordinatum. Alia omnia, tam in nocturno quam in diurno officio, ut in libro.

DE SANCTO STEPHANO PROTOMARTYRE

In festo sancti Stephani, et sequentibus diebus usque ad circumcisionem domini, præter matutinum diei, legitur aliud matutinum de nativitate, cum tribus lectionibus. Et prima cottidie de nativitate cum antiphona Quem vidistis pastores dicitur. Aliæ horæ de sancto cuius festum tunc colitur.

In missa non dicitur Asperges. Kyrie, Patrem, Sanctus ut heri. Orationes, prima de die, secunda de Nativitate Domini, tertia de beata Virgine. Credo dicitur per totam octavam.

Secundæ vesperæ de sancto Stephano, prius perficiuntur (in choro præbendarios) In quibus hymnus dicitur, cum propriis notis sine Fulget dies. Quod servabitur etiam in aliorum sanctorum secundis vesperis et octavis, et aliæ Secundæ vesperæ dicuntur sollemniter de Nativitate Domini, servatis de sequenti festo sancti Ioannis his, quæ in hesternis vesperis de sancto Stephano notata sunt, a responsorio usque ad finem. Deo dicamus gratias de apostolis. Alia ut in libro.

E 5

DE SANCTO IOANNE EVANGELISTA

In fine matutini, quod cum tribus lectionibus de nativitate dicitur, fit suffragium de sancto Stephano.

In missa Kyrie et præfatio de apostolis, Sanctus Angelicus aut **Rosemberg**.

Secundæ vesperæ de sancto Ioanne, prius perficiuntur, et fit in eis suffragium de sancto Stephano. Aliæ secundæ vesperæ hora consueta, dicuntur de nativitate. In fine autem earum fit de sanctibus Innocentibus, sicut factum est in die nativitatis, de sancto Stephano. Hoc tamen servato, quod priusque incipiatur responsorium Centum quadraginta et cetera dicitur (in choro per pueros) antiphona Sinite parvulos. Et in fine responsorii omittitur Glori Patri, eiusque loco repetitur responsorium ab initio. Nisi hodiernus dies aut festum Innocentum cadat in dominicam. Tunc enim non omittitur. Deo dicamus gratias Cunctipotens.

Megjegyzés [kg7]: 40. lap
sic : Rosomberg

FESTUM SANCTORUM INNOCENTUM MARTYRUM

In matutino, ad invitatorium et responsoria non dicitur « Gloria Patri », sed eius loco repetuntur ab initio eadem invitatorium et responsoria, nec Te Deum laudamus. Si tamen hoc festum cadit in diem dominicum, utrumque dicitur. In fine laudum fit suffragium de Nativitate Domini, sanctibus Stephano et Ioanne, Benedicamus Cunctipotens.

In missa quoque ad introitum Gloria Patri non dicitur, si non est hodie dies dominicus, nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, sed loco eius laus tibi Christe. Nec Ita missa est, sed Benedicamus Domino. Verum si hæc dies fuerit dominica, dicuntur omnia. Kyrie Cunctipotens, oratio propria, de Nativitate Domini, de sancto Stephano, de sancto Ioanne. Sanctus sollemne.

In secundis vesperis : Prius perficiuntur vesperæ Innocentum, in quibus sunt suffragia Nativitate Domini, sancto Stephano et sancto Ioanne. Deinde aliæ vesperæ de festo nativitatis. In quibus dicto orationem, « Amen ». A responsorio iacet

granum incipiendo, agitur de sancto Thoma martyre. Hymnus Deus tuorum militum, sine Fulget dies. Deo dicamus gratia Cunctipotens.

DE SANCTO THOMA MARTYRE

Matutinum ut in libro. In fine laudum suffragia de nativitate, sanctibus Stephano , Ioanne, Innocentibus.

In missa, introitus Lætabitur iustus. Kyrie Cunctipotens. Oratio propria, de nativitate, de sanctibus Stephano, Ioanne, Innocentibus. Graduale Posuisti Domine. Alleluia Ego sum pastor bonus.

In secundis vespereis, (que ante prima vespereas dominicæ dicuntur) antiphona de laudibus, psalmi de uno martyre. Suffragia de sanctibus Stephano, Ioanne, Innocentibus. Benedicamus Cunctipotens.

DOMINICA INFRA OCTAVAS NATIVITATIS DOMINI

Hæc dominica semper recipitur, postridie festi sancti Thomæ martyris. Et deinceps usque ad nonam vigiliæ Epiphaniæ inclusive, fit suffragium de ea. Hodie non legitur secundum matutinum de Nativitate, sicut aliis diebus infra octavam.

In primis vespereis antiphona Tecum principium cum ceteris. Suffragia de nativitate Nato Domino, et de beata Virgine Maria intacta, cum suis versiculis et orationibus. In fine laudum, suffragia de nativitate similiter Nato Domino ; de beata Virgine Glorificamus te, de sanctibus Stephano, Ioanne, Innocentibus.

In missa Kyrie Cunctipotens. Oratio propria de nativitate, de beata Virgine.

Secundæ vespereæ perficiuntur ante primas vespereas sancti Silvestri. Antiphona Tecum principium cum sequentibus. Responsorium In principio. Hymnus A solis ortus. Versiculus Speciosus forma. Antiphona ad Magnificat Omnipotens sermo tuus. Suffragia de nativitate beata Virgine, sanctibus Stephano, Ioanne, Innocentibus. Alia omnia ut in libro.

IN FESTO SANCTI SILVESTRI

In primis vespereis et matutino omnia de communi confessorum. Præter orationem et lectiones primi et secundi nocturni.

In missa introitus Sacerdotes tui. Kyrie Cunctipotens. Oratio propria, de dominica, de nativitate, de Beata Virgine, de sanctibus Stephano, Ioanne, Innocentibus. Graduale ecce sacerdos. Alleluia Iuravit Dominus. Credo dicitur propter octavam. Offertorium Inveni David. Communio Beatus servus.

Secunda vespereæ de communi, perficiuntur ante primas vespereas diei crastinæ. Suffragia de dominica, sanctibus Stephano, Ioanne, Innocentibus.

IN FESTO CIRCUMCISIONIS DOMINI

In primis vesperis omnia ut in libro. Sed oratio unica dicitur Deus qui salutis aeternae. Loco Benedicamus Puer natus. Deo dicamus gratias Magnae Deus.

In completorio. A psalmos antiphona, alleluia, hymnus Corde natus. Capitulum Virgo verbo concepit. Versus Gaude Maria Virgo. Antiphona ad Nunc dimittis Nesciens Mater. Oratio Deus qui salutis et Deus qui illuminas.

Ad matutinum et laudes omnia ut in libro. Oratio Deus salutis sola.

F

Ad horas antiphonae de laudibus. **Ad primam** versus Gaude Maria Virgo, **Ad tertiam** responsorium Speciosa facta et suavis. Versiculus Dignare me laudare. **Ad sextam** responsorium Dignare me laudare, Versus Elegit eam, versiculus Gaude Maria.

In missa ut in festo Nativitatis Domini. Servatis **tamen** iis, quae huius diei propria sunt.

In secundis vesperis antiphonae de laudibus, psalmi Dixit Dominus, Confitebor, Beatus vir, De profundis, Memento Domine David, Alia ut in libro. Suffragium de sancto Stephano Sepelierunt Stephanum, loco Benedicamus Puer natus.

Completorium ut post primas vespas.

OCTAVAS STEPHANI

In matutino et laudibus omnia ut in festo eiusdem: Praeter lectiones primi et secundi nocturni, ac orationem, quae sunt propriae octavae. **In horis** conclusio hymnorum Summo parenti. Antiphonae de laudibus propriis. **Ad primam** cottidie usque ad festum Epiphaniae capitulum Populus gentium. Responsorium Christe **Fili** Dei vivi et cetera, versus qui natus es de Virgine Maria, versiculus Verbum caro factum est. Oratio Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut natus hodie salvator et cetera.

F 2

In missa Kyrie Laetabundus, tam hodie quam omnibus diebus (ubi aliter non invenitur ordinatum) quibus agitur officium de sanctis, usque ad festum purificationis Sanctae Mariae, nisi fit dies dominica, tunc enim dicitur Cunctipotens. Oratio propria Deus qui primitias, de dominica, de beata Virgine, de sanctibus Ioanne et Innocentibus. Prosa Hanc concordie famulatu. Credo non dicitur. Praefatio Quia per incarnati sine Communicantes.

Megjegyzés [kgy8]: 44.lap
sic : tamen

Megjegyzés [kgy9]: 44.lap sic
Fili (filius vocativusa fili)

In secundis vespereis oratio octavæ. Suffragia de dominica et de sancto Ioanne Iste est Ioannes. Benedicamus Cunctipotens.

Completorium sicut in festo Nativitatis Domini post secundas vespereas.

Nota, quod si octava sancti Ioannis die dominico venerit, secundæ vespereæ octavæ santi Stephani prius perficiuntur cum suffragio de dominica, et hora solita, dicuntur aliæ vespereæ de sancto Ioanne, prout dictæ sunt in eius die. Idem observandum erit, de octavis sanctorum Ioannis et Innocentum quando hæc in dominicam inciderit.

Hodie in matutino incipiuntur cottidianæ horæ Beatæ Virginis.

OCTAVAS SANCTI IOANNIS

In matutino lectiones primi et secundi nocturni propriæ. Suffragia in fine laudum de dominica et sanctibus Inno-

F 3

centibus.

Benedicamus de Apostolis. Alia omnia ut in eius festo.

OCTAVAS SANCTORUM INNOCENTUM

Quæ festo Innocentum non dicebantur, videlicet Gloria Patri ad responsoria, invitatorium et introitus, Te Deum laudamus, Gloria in excelsis, Alleluia, Ite missa est et cetera ea omnia in eorum octava dicuntur. **In matutino** lectiones primi et secundi nocturni propriæ. Suffragium in fine laudum de dominica. Benedicamus Cunctipotens. **Ad horas** antiphonæ de laudibus. **In missa** Kyrie ut in octava sancti Stephani. Oratio propria de dominica et de beata Virgine. Prosa Laus tibi Christe. Credo non dicitur. **In secundis vespereis** suffragium de dominica tantum. Alia ut in eorum festo.

Sed si hæc octava cadet in sabbatum, vespereæ de ea prius perficiuntur. Et alia dicuntur de dominica hoc modo. Antiphona Tecum principium cum ceteris, capitulum de dominica. Responsorium In principio. Hymnus A solis ortus. Versiculus Speciosus forma. Antiphona ad Magnificat Omnipotens sermo. Oratio de dominica. Benedicamus Cunctipotens.

Vigilia Epiphaniarum Domini

F 4

Si vigilia aliquo dierum infra hebdomadam venerit, **matutinum** cum tribus lectionibus de propria homilia dicitur ut in libro. Te Deum Laudamus quoque dicitur.

Ad laudes antiphona Quem vidistis pastores cum sequentibus. Hymnus Corde natus. Versiculus Benedictus qui venit. Suffragium de dominica tantum. Suffragium de dominica tantum, Benedicamus Cunctipotens. **Ad horas** antiphonæ de laudibus, et responsoria de Nativitate Domini.

In missa Kyrie Cunctipotens. Oratio propria, secunda de dominica, tertia de beata Virgine. Credo non dicitur. Prosa Grates nunc. Præfatio Quia per incarnati, sine Communicantes. Alia ut in libro. Quod hæc vigilia in diem Dominicum ceciderit, in matutino dicuntur tres nocturni et omnia de dominica præcedenti, præter ea quæ vigilia habet propria.

IN FESTO EPIPHANLARUM DOMINI

In primis et secundis vesperis, loco Benedicamus, in choro Puer natus dicitur. Deo dicamus gratias Magnæ Deus. In completorio ad psalmos antiphona, Alleluia. Hymnus Ibant magi.

In matutino invitorium non dicitur. Alia dicuntur more solito, prout habentur in libro.

In missa dicitur Asperges, ad pro-

F 5

cessionem responsorium Illuminare. Kyrie Fons bonitatis. Præfatio propria cum suo Communicantes per totam octavam. Sanctus Angelicus. Prosa propria. Credo dicitur. Præfatio propria. Alia omnia ut in libro.

Horæ de beata Virgine cessant hodie et per totam octavam.

Infra octavam et in octava Epiphaniarum. Ad matutinum Invitorium Christus apparuit. In missa Kyrie Cunctipotens.

DOMINICA INFRA OCTAVAM

In primis vesperis. Responsorium Tria sunt munera. Antiphona ad Magnificat Christo datus est principatus. Suffragium in utrisque vesperis de Epiphaniis Tribus miraculis, versiculus Omnis terra adoret et cetera. Loco Benedicamus Puer natus.

In missa Kyrie Cunctipotens. Oratio propria et de Epiphaniis sub una conclusionem. Alia ut in libro. Ita ut quæ dominica non habet propria, ea sumantur ex

Megjegyzés [kgy10]: 47. la
sic : dicitur

Megjegyzés [kgy11]: 49.
lapolvashatatlan, csak « aruit »
látszik.

officio festi. Et fit suffragium cottidie de hac **dominica** usque a sequens sabbatum inclusive.

Megjegyzés [kg12]: 48. lap :
forrás : Dominia (hányos)

In octava ut diebus infra octavam, præter ea quæ sunt eius propria.

DE DOMINICIS POST OCTAVAM EPIPHANIE

Ab octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, ponitur quattuor dominicarum officium. Quia vero haud raro inter easdem octavam et Septuagesimam, **ob** intervalli brevitatem, non reperiuntur tot dominicæ, officium earum quæ supersunt, debet tunc aliis hebdomadæ diebus, duplicibus et semiduplicibus festis non impeditis, ferialiter recipi.

Megjegyzés [kg13]: 49.
lapon, olvashatadan, NEM
VILÁGOS

Exempli gratia. Hoc anno 1580 Septuagesima incidit in 13. diem Ianuarii. Et sic duæ tantum fuerunt dominicæ post octavam Epiphaniæ et ante Septuagesimam. Proinde officium primæ dominicæ debuit servari suo loco ; secundæ, feria secunda proxima ; tertiæ, die dominica, quæ fuit 24. Ianuarii ; et quarte, feria quarta sequenti. Item anno 1581. Septuagesima erit 22. Ianuarii. Cum itaque unicam simus habituri dominicam ab octava usque ad Septuagesimam, secundæ dominicæ officium feria secunda ; tertiæ, feria quarta ; quartæ, feria quinta imponemus.

Quando autem dominica Septuagesimæ venerit immediate post octavam Epiphaniæ, tunc omnes dominicæ, aut (si id ob paucitatem dierum fieri non poterit) tot quot poterunt recipi **recipiantur** diebus infra hebdomadam, ipsam octavam consequentibus. Translatis festis semiduplicibus, si quæ iisdem diebus occurrerent.

Megjegyzés [kg14]: 49. lap a
« recip recipiantur »

Quod si contingat aliquando, quinque dominicas reperiri inter octavam Epiphaniæ et Septuagesimam, repetatur officium dominicæ quartæ in quinta dominica.

DOMINICA PRIMA

In primis vesperis antiphona Benedictus Dominus Deus meus. Psalmus idem, cum ceteris antiphonis et psalmis sabbati, de psalterio. Versiculus Vespertina oratio. Benedicamus dominicale de æstate. Oratio diei sola.

In completorio, finito « Domine ad adiuvandum me » et cetera cum Alleluia in fine, psalmi dicuntur nulla antiphona præmissa. Et post psalmos repetitur semel Alleluia, cum iisdem notis (in choro) cum quibus in fine « Domine ad adiuvandum me », dictum fuit. Hymnus Te lucis ante terminum, canitur ad **horas** hymni Deus creator ; et concluditur cum versu Christum rogemus. Capitulum Tu autem in nobis es Domine. Versiculus Custodi nos Domine. Antiphona ad Nunc dimittis Salva nos Domine vigilante. Oratio Deua qui illuminas noctem. Benedicamus feriale.

Megjegyzés [kg15]: 50. lap
forrás így : noras

Finito completorio, fit commemoratio de beata Virgine Maria, per antiphonam Sancta Dei genitrix ; versiculum Post partum ; et orationem Concede quæsumus

omnipotens et misericors Deus fragilitati nostræ præsidium. Si festum Purificationis Sanctæ Mariæ iam præterit. Nam a vigilia Nativitatis Domini, usque ad Purificationem inclusive, dicitur antiphona Maria intacta, et oratio Deus qui salutis æternæ.

In matutinis precibus. invitatorium Præoccupemus faciem Domini. Antiphonæ, psalmi et versiculi nocturnorum, item **in laudibus** antiphonæ cum psalmis et versiculo, de psalterio.

Ad primam, tertiam, sextam nonam, omnia ut in psalterio, præter capitula et orationem tertiæ. sextæ et nonæ, que dicuntur ad notas Deus creator, et concluduntur versu Christum rogemus.

In missa Kyrie, Patrem, Sanctus dominicale de æstate. Oratio propria eaque sola. Prosa, Omnes una celebremus. Præfatio cotidiana.

In secundis vespere antiphona et psalmi, de dominica, ut habentur in psalterio. Capitulum Dominus autem dirigat. Responsorium Quam magnificata. Hymnus Lucis creator. Versus Dirigatur domine.

In completorio, hymnus Te lucis. Canitur ad nostras Lucis creator, concluditurque cum versu Deo Patri sit gloria. Alia omnia tam in diurno quam in nocturno officio, sicut in libro.

DE RELIQUIS DOMINICIS

Dominica secunda, tertia et quarta eodem ordine peragitur officium divinum, qui in prima dominica notatus est. Servatis iis que cuiusque dominicæ propria sunt, que vero propria non habent, ea ex primæ dominicæ officio petuntur.

DE FERIS HUIUS TEMPORIS

Quando officium fit de feria, ab octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, lectiones et responsoria dicuntur propria, ac oratio de dominica præcedenti, alia autem prout in psalterio habentur.

REGULÆ DE SUFFRAGIIS

Ad dominica pria octavam Epiphaniæ, usque ad diem Cinerum, et

G

dominica prima post octavam Pentecostes, usque ad adventum domini exclusive, quando agitur de festo semiduplici, in fine laudum fiunt suffragia de dominica præcedenti, sanctis Petro et Paulo, sancto Adalberto, omnibus sanctis, et pro pace. In secundis vespere ad dicitur prædictis, de sancto, de quo cras fiet officium, si de eo primæ vespere non fiunt dicendæ. Nisi postridie feria sequatur, tunc enim in

secundis vesperis fit suffragium pro pace tantum. In festis vero duplicibus suffragia prædicta omittuntur. Quoties autem de dominica aut de feria fit officium, omisso primo suffragio, dominica scilicet, cetera dicenda sunt. Quæ sabbato, in vesperis Beatæ Virginis perficiuntur.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA

In primis vesperis psalmi Benedictus Dominus Deus meus cum ceteris de sabbato. Loco antiphonarum que iisdem psalmis in psalterio præponuntur, ad quemlibet psalmum cantantur tria « Alleluia », cum notis earundem antiphonarum. Vesicularum Vespertina oratio ascendat et cetera. Oratio diei sola. « Benedicamus Domino » cum « Alleluia » proprium. Et deinceps usque ad missam sabbati sancti exclusive, in officio divino, non dicitur « Alleluia ».

In completorio, in fine Domine ad adiuvandum me festina, ubi dicebatur « Alleluia », dicitur Laus tibi Domine rex æternæ gloriæ et repetitur post psalmos quod dicitur in omnibus horis in posterum, usque ad fine Quadragesimæ. Alia ut in proxime præcedentibus dominicis.

G 2

Ad matutinum invitatorium Adoremus Dominum qui fecit nos. In laudibus loco psalmi Dominus regnavit dicitur Miserere mei Deus secundum magnam et cetera. Et loco psalmi Iubilare, psalmus [117] Psalmus 117. Confitemini Domino.

Ad primam antiphona Hi novissimi. Psalmi Deus meus cum ceteris. Sed loco Confitemini dicendus est Dominus regnavit decorem et cetera. Et hæc commutatio psalmorum in laudibus et prima, servatur omnibus diebus dominicis, usque ad exitum Quadragesimæ.

Ad tertiam antiphona primi nocturni Ite et vos et cetera. **Ad sextam** antiphona secundi nocturni Quid hic stas. **Ad nonam** antiphona tertii nocturni Voca operarios. Hymni horarum canuntur ad notas Deus creator omnium, concludunturque versu Christum rogemus. Responsoria de psalterio.

In missa Kyrie et Sanctus dominicale ut in Adventu. Gloria in excelsis per totum hoc tempus usque ad finem Quadragesimæ non dicitur diebus dominicis. Oratio propria, sola. Loco Ite missa est dicitur Benedicamus Domino, dominicales ut in Quadragesima.

In secundis vesperis antiphonæ et psalmi de dominica, ex psalterio. Responsorium Ecce Adam. Hymnus Lucis creator. Benedicamus ut in missa. Alia omnia tam in diurno quam in nocturno officio ut in libro.

Megjegyzés [kgv16]: 53. lap
Psalmus 117. szövegesen v. római
számmal ?

DE FERIIS POST DOMINICA SEPTUAGESIMÆ

Ad dominica Septuagesimæ, usque ad diem Cinerum exclusive, quando officium fit de feria, responsoria, capitula.

G 3

et antiphona ad Benedictus, dicuntur de dominica, alia de psalterio.

DOMINICÆ IN SEXAGESIMA ET QUINQUAGESIMA

In primis vesperis antiphona Benedictus Dominus Deus meus. Psalmus idem cum ceteris. Hymnus et versiculus ut in Dominica Septuagesimæ. Et totum officium peragitur eodem ordine qui ibi est descriptus, servatis his que cuiuslibet dominicæ propria sunt, ut in libro.

FERIA QUARTA CINERUM

Si aliquod festum duplex vel semiduplex cadit in hodiernum diem, aut aliquam dominicam Quadragesimæ, transfertur in alium diem simili festo non impeditum. De simplicibus festis nihil fit per totam Quadragesimam.

Ad matutinum invitorium antiphona, psalmi et versiculus feriæ quartæ, ut in psalterio. Lectiones propriæ responsoria Paradisi portas, Emendemus in melius, Abscondite elemosynam sumuntur ex officio dominicæ « Invocavit »

Te Deum laudamus, nec in feriis nec dominicis Quadragesimæ dicitur. **Ad laudes** antiphonæ ad psalmos, psalmi, hymnus et versiculus de psalterio. Capitulum, antiphona ad Benedictus et oratio propria.

Notandum quod hodie in laudibus incipiuntur preces et finiuntur Feria Quarta Maioris Hebdomadæ, in nona. Dicuntur autem post antiphonam repetitam in fine Benedictus, hoc modo : Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleis

G 4

on, Pater noster et cetera. Versus Et ne nos in tentationem. Responsum Sed libera nos a malo. Versus Ego dixi Domine miserere mei. Responsum Sana animam meam, qui peccavi tibi. Et cetera. prout habentur in fine breviarii.

Finitis precibus, præmisso « Dominus vobiscum » dicitur oratio diei. Quæ non concluditur, sed statim subiungitur antiphona super populum Convertimini ad me versus, Peccavimus Domine cum patribus nostris, oratio Inclinantes que concluditur. Et dicto Benedicamus Domino ferialiter, dicitur Oremus pro fidelibus defunctis,

Requiem æternam et cetera. Psalmus Domine ne in furore tuo primum. Et in fine Requiem æternam et cetera. Deinde Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster et cetera. Requiescant in pace. Amen. Suffragia consueta non dicuntur in Quadragesima.

Ad primam omnia de psalterio ferialiter, et finito responsorio et versiculo, dicuntur preces que in fine breviarii habentur.

Ad tertiam, sextam nonam capitula et oratio propria, alia ex psalterio. Et preces dicuntur, sicut in fine laudum, cum psalmis tamen qui sunt cuilibet prædictarum horarum in breviario proprii attributi.

Ante missam sacerdos pluviali seu cappa nigra super albam vestitus ascendit altare, ibique stans, exorcizat et benedicit cineres, non cantando, sed clara et intelligibili voce legendo, finitaque benedictione, aspergit eos aqua benedicta. Deinde cantatur in choro antiphonæ Immutemur et Iuxta vestibulum. Quod dum fit primo imponitur cinis, sacerdoti celebraturo missam a diacono, aut ab alio sacerdote, si adest. ali-

G 5

oquin sacerdos ipse sibi imponit. Deinde ab eodem qui qui celebraturus est, imponitur aliis coram altari genibus flexis stantibus. Imponens autem cineres, dicat ad singulos « Memento homo quia cinis et pulvis es, et in cinerem et pulverem reverteris, age pœnitentiam ut habeas vitam æternam.

Completa cinerum datione, stans sacerdos ante altare, incipit antiphonam Exaudi nos Domine quam chorus prosequitur. Post antiphonam dicitur versiculus Propitius esto peccatis nostris Domine. Ac præmisso « Oremus, Flectamus genua, levate », oratio Concede nobis Domine præsidia et cetera. Sed aliis diebus loco huius orationis alia dicenda erit, videlicet Parce Domine, parce populo tuo et cetera. Deinde cantatur litania et fit processio circa ecclesiam. Finita litania, dicitur antiphona Media vita in morte sumus. Et hic ritus, ab antiphona Exaudi nos Domine hucusque observandus erit singulis feriis secundis, quartis et sextis, usque ad Dominicam Iudica.

In missa Kyrie feriale minus, prout in principio litanie cantari solet. Orationi diei præmittitur « Oremus, Flectamus genua, levate ». Secunda oratio, ab hodie usque ad prædictam Dominicam Iudica, diebus ferialibus A cunctis nos quæsumus Domine. Tertia Omnipotens sempiternæ Deus, qui vivorum dominaris. Præfatio quadragesimalis, Sanctus sicut in missa pro defunctis. Post ultimas duas complendas, non dicitur « Per dominum » sed subiungitur « Oremus », « Inclinate capita vestra Deo », ac oratio super populum, que concluditur. Loco Ite missa est, Benedicamus Domino feriale. Eodem ordine peragitur missa, per totam quadragesimam diebus ferialibus. Servatis iis, que cuiuslibet ferie propria sunt.

Megjegyzés [kgv17]: a
forrásban Letania

In vesperis antiphona a psalmos, psalmi, hymnus, versiculus de psalterio. Capitulum et oratio propria. preces ut in fine laudum, præter psalmos quos hic locus habet proprios.

Idem ordo servatur **in horis diurnis et nocturnis**, aliarum quoque feriarum, usque a sequentem dominicam. Hoc excepto, quod responsoria ad matutinum sumuntur ex officio Dominicæ in Quinquagesima.

Quando in Quadragesima agitur de aliquo sancto, **laudes** de die perficiuntur. Et post Benedicamus Domino, dicitur antiphona feriæ eiusdem diei et ea finita, preces, (prout supra est notatum) recitantur. Ita tamen quod psalmodum pœnitentialium quinque, videlicet Domine ne in furore 1, Beati quorum remissæ sunt, Domine ne in furore 2., Miserere mei secundum magnam, Domine exaudi orationem meam, 1. uno contextu perficiuntur, et in fine ultimi dicitur Requiem æternam dona eis Domine et cetera.

Similiter **in utrisque vesperis** eiusdem sancti, post Benedicamus, subiungitur antiphona ad Magnificat de feria et dicuntur preces, psalmodumque pœnitentialium duo reliqui, videlicet De profundis et Domine exaudi orationem 2. Ad primam autem, tertiam, sextam, nonam, completorium non dicuntur preces.

DOMINICA INVOCAVIT

A sabbato ante Dominicam Invocavit deinceps usque ad Pascha **vesperæ** dicuntur ante prandium, tam in festis quam in feriis, exceptis secundis vesperis dominicarum, que dicuntur hora consueta.

IN DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ **ad primas vesperas** antiphona Advenerunt nobis dies pœnitentiæ. Psalmi Benedictus cum sequentibus. Benedicamus Domino dominicale in quadragesima.

In fine completorii hodie et deinceps, non dicitur pro commemoratione Beatæ Virginis Mariæ, antiphona Sancta Dei Genitrix (quæ hactenus semper dicebatur a dominica prima post octavam Epiphaniæ) sed Salve Regina cum versiculo Post partum et oratione Concede quæsumus omnipotens et misericors et cetera. Quod servatur usque ad sabbatum ante Dominicam Iudica. Tunc autem versiculus et oratio mutantur. **In horis** hymni cantantur ad notas Ex more docti. Et concluduntur cum versu Præsta Beata Trinitas concede simplex unitas per totam hebdomadam.

In missa Kyrie et Sanctus sicut in dominicis Adventus, oratio unica Patrem dominicale. Præfatio quadragesimale cum notis festivalibus. Loco Ite missa est Benedicamus Domino ut in vesperis.

In secundis vesperis responsorium Angelis suis. Alia omnia tam in diurno quam in nocturno officio dicuntur ut in libro.

FERIA SECUNDA

Ad matutinum invitorium Non sit vobis vanum. Antiphonæ et psalmi de psalterio. Versiculus et responsoria de dominica præcedenti. Lectiones propriæ. **Ad laudes** antiphonæ et psalmi de psalterio, capitulum, antiphona ad Benedictus et oratio propria. Hymnus et versiculus de dominica. Antiphona super populum Vivo ego. Versus Peccavimus. Oratio propria.

Ad horas antiphonæ et responsoria de dominica. Capitula et oratio propria. Preces.

Ad vespervas antiphona Advenerunt, psalmi feriales de psalterio. Capitulum, responsum antiphona ad Magnificat et oratio propria. Super populum ut in laudibus. Hymnus et versiculus de dominica præcedenti. Preces.

Hoc ordine peragitur officium divinum in aliis quoque feriis quadragesimæ, ubi secus dispositum non est, servatis iis, que cuiusque diei propria sunt. Sed responsum in vespervis non dicitur, feria tertia et quinta.

In feriis quattuor temporum, **in missa** solum ante ultimam orationem dicitur « Dominus vobiscum ». Ante illas vero que prophetias præcedunt non. Sed tantum « Oremus » « Flectamus genua, levate ».

DE DOMINICIS REMINISCERE, OCULI, LÆTARE

DOMINICA SECUNDA, TERTIA ET QUARTA QUADRAGESIMÆ, idem ritus observantur qui descriptus est in prima dominica, servatis tamen iis que cuiuslibet dominicæ sunt propria. Hymni ad horas per totam hebdomadam canuntur ad notas hymni, qui in vespervis dicitur, et concluduntur cum versu eiusdem ultimo. IN DOMINICA LÆTARE, **in missa** canitur Kyrie paschale.

H

DOMINICA IUDICA

In primis vespervis antiphona Animæ impiorum. Ad responsoria omnium horarum et invitorium, hodie et deinceps usque ad finem Quadragesimæ, in officio de tempore, non dicitur Gloria Patri, sed eius loco, repetuntur ab initio eadem responsoria et invitorium de sanctis dicitur.

In completorio, infra hebdomadam, feria tertia et quinta, si non agitur de aliquo sancto, ad Nunc dimittis, antiphona Gregem tuum. Aliis diebus O Rex gloriæ. Ad Salve Regina, hodie et deinceps, versus: In omni tribulatione, oratio Interveniatur pro nobis.

In horis cantatur hymni ad notam Vexilla regis, et concluduntur versu Te summa Deus Trinitas, usque ad feriam quartam maioris hebdomadæ.

In missa ad introitum nec hodie nec sequentibus diebus (usque ad diem cænæ Domini inclusive) dicitur Gloria Patri. Quando officium fit de dominica, aut feria, et non de sanctis, et præfatio semper Qui salutem homani generis. Alia ut in libro, servato ordine qui in prima dominica quadragesimæ descriptus est.

Nota quod a dominica prima post octavam Epiphaniæ hucusque, in processione ante missam, cantatur proprium responsorium cuiusque, dominicæ.

DE FERIIS HUIUS TEMPORIS

Diebus ferialibus **in missa**, secunda oratio Ecclesia tuæ quæsumus Domine preces et cetera. Tertia Pietate tua et cetera. Tractus Sæpe expugnaverunt me. Diaconus et subdiaconus dalmaticas non induunt, sed albas tantum cum aliis paramentis. Super populum Antiphona Sicut exaltatus est serpens.

In vesperis responsorium Circumdede runt. Alia ut in libro.

DOMINICA PALMARUM

Primæ vespere cantatur per aliquem ex dominis dignitariis. Antiphona Animæ impiorum dicitur tota ante et post psalmos. Ante missam Asperges me et cetera cum versiculo Ostende nobis domine et cetera et oratione Visita quæsumus et cetera. Quibus finitis, proceditur ad locum, ubi rami benedicendi sunt, cantando responsorium Ingressus Pilatus ubi (post responsorium) dicit Sacerdos versiculum Ne perdas cum impiis et cetera. Et alia quæ sequuntur in missali. hymnum Gloria laus cantant pueri, (aut cantores cantu figurato) et repetit chorus. Eoque finito, duo pueri superpelliciis induti, habentes ramos benedictos in manibus, accedunt ad imaginem crucifixi, (quæ ibi in loco decenti, tapetibus strato esse debet) et stantes ante eam, cantant: Pueri hæbreorum tollentes ramos olivarum. Et mox abiciunt ramos in terram secus pedes crucifixi, chorusque prosequitur Obviaverunt Domino et cetera. Deinde alii duo pueri, vestiti cappis, simili modo accedentes et stantes, cantant: Pueri hæbreorum vestimenta prosternebant in via. Et sternunt cappas in terra, prope pedes crucifixi. Choro cantante Et clamabant dicentes et cetera.

Deinde sacerdos, qui officium peragit, accedens et genibus flexis stans ante crucifixum, palma quam in manu habet, percutit idem crucifixum cantans Scriptum est enim, percutiam pastorem. Et chorus prosequitur Et dispergentur oves gregis. Et hoc fit tertio, altius semper elevata voce. Verum ultimo etiam reliqua pars antiphonæ, videlicet, Postquam autem surrexero precedam vos in Galilæam, perficitur per chorum. Interimque surgit sacerdos et propius accedens, iterumque genibus flexis stans osculatur crucifixum, et redit a priorem locum, ubi submissa vocem legit orationes Auge fidem et Deus qui miro ordine. Pueri autem cantant hymnum Crux fidelis ac clerus primo, deinde populus, bini accedentes osculantur et ipsi crucifixum.

His peractis redeunt omnes ad chorum. Cantantes responsorium Ingrediente domino. Eoque finito, sacerdos stans ante altare, cantat versum Ne perdas cum impiis et orationem Adiuva nos. Tandemque incipitur missa.

In missa, incensum, quod in benedictione ramorum ferebatur, iam non fertur. Passio Domini canitur sine titulo. Et benedictio petitur saltem ad Evangelium Altera die. Quod servatur etiam aliis diebus quibus passio cantanda est. Alia omnia, tam in diurno quam in nocturno officio, ut in libro.

FERIA SECUNDA, TERTIA ET QUARTA.

Omnia propria ut in libro. Feria quarta in nona terminantur preces in quarum sine post psalmum Domine exaudi 1. dicuntur et psalmi De profundis et Domine exaudi 2. Ac post completorium dicitur, Salve Regina more solito. Sed sequentibus diebus non dicitur.

Post nonam eiusdem feriæ quartæ, cessant horæ cottidianæ beatæ Mariæ Virginis, et officium defunctorum, usque ad octavam Pasche.

FERIA QUINTA IN CENA DOMINI

In matutinis precibus, officium absolute incipitur, ab antiphona primi psalmi. Et antiphona duplicantur, hoc est, dicuntur integræ in principio et fine psalmoreum. Psalmi dicuntur sine Gloria Patri ad omnes horas. Et ex tredecim candelis in candelabro triangulari ante altare positus, in fine cuiuslibet responsorii exstinguitur una. Decima autem post psalmos laudum, et undecima post Benedictus debet exstingui. Duodecima non exstinguitur nisi finitis tropis.

Primam lamentationem in choro cantat puer, secundam pæbendarius, tertiam canonicus. Lectiones leguntur sine benedictionibus, ac in fine earum, loco Tu autem Domine, dicitur. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis ut nos offerret Deo.

Laudes post repetitionem ultimi responsorii, simpliciter incipiuntur a prima antiphona. Capitulum, hymnus et versiculus non dicuntur. Dum cantatur antiphona ante et post Benedictus, fit fragor et strepitus aliquantulum.

Post repetitionem antiphonæ in fine Benedictus, tropi in choro, cantatur hoc ordine. Tres pueri, in inferiori parte templi, ante tria altaria stantes flexis genibus, cantant. Primus Kyrie eleison, secundus Christe eleison, tertius Kyrie eleison deinde quartus puer, ante magnum altare similiter stans genibus flexis Domine, miserere nobis. Mox dignior dominorum capitularium in stallo, Iesu Christe et cetera. Et sequentes eiusdem toni versus. Tandem chorus Christus Dominus. Et hoc fit quater. Quinto autem post Domine miserere, absque intervallo, subiungitur Christus Dominus. Quibus omnibus finitis, fit processio circa ecclesiam, cantando hymnum Rex Christe. In loco stationis, finito eodem hymno, legitur psalmus Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, sine Gloria Patri et nihil plus. Sed mox incipitur hymnus Hymnum dicamus et reditur ad Ecclesiam. Ubi post finem eiusdem hymni legitur psalmus Deus misereatur nostri et cetera. Christus factus est et cetera. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster et cetera. Oratio Respice quæsumus Domine super hanc familiam tuam et cetera.

Prima, tertia, sexta, nona absolute inchoantur a psalmis consuetis. Quibus additur psalmus Miserere. Christus factus est et cetera. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster et cetera. Oratio Respice quæsumus. Ad primam dicuntur psalmi Deus in nomine, Beati immaculati, Retribue.

In missa introitus Nos autem gloriari oportet. Kyrie Cunctipotens. Gloria in excelsis et Credo dicitur, si episcopus celebrat et chryisma consecrat. Alias non.

Præfatio Qui salutem. Sanctus sollemne. Et pontifex procedit in missa usque ad illum locum Per quem hæc omnia domine semper bona creas exclusive.

Ubi consecrat oleum infirmorum. Deinde reversus ad altare prosequitur missam usque ad communionem. In fine Agnus Dei, semper dicitur Miserere nobis, non dona nobis pacem. Pax non datur. Hoc est non dicitur oratio, Domine Iesu Christe qui dixisti Apostolis tuis, pacem meam et cetera nec pax tecum. Et postquam communicaverit, consecrat chryisma et oleum catechumenorum, prout habetur in pontificali. O redemptor cantant duo canonici cappis induti, usque ad versum Consecrare tu dignare inclusive. Choro post singulos versus repetente primum versum. Reliqua vero pars eiusdem hymni canitur, dum redeunt ad sacrarium post consecrationem peractam.

Dum autem ex sacrario oleum ad chryisma et catechumenorum effertur debent præcedere duodecim præbiteri casulis induti, lucernæ et turribulum. Finita consecratione dicitur communicatio. Ac post eam vesperæ incipitur absolute a prima antiphona. Capitulum, hymnus et versiculus non dicuntur. Et repetita antiphona post Magnificat, episcopus vel alius celebrans, dicit Dominus vobiscum et complendam Respice. Missa, ubi episcopus celebrat finitur per Ite missa est. Alias per Benedicamus Domino. Et benedictio datur.

Hodie in fine missæ communicat clerus totus, laica communione. Et pro die crastina consecrantur hostiæ duæ, altera quam sumpturus est episcopus vel sacerdos officium peracturus, altera quæ reponetur in Sepulchrum. Quæ missa finita, ex altari, ad sacrarium vel aliquam capellam servandæ in crastinum deferuntur, choro cantante resposorium Vadis propitiator.

Mandatum, seu representatio cœne dominicæ, fit a prandio, ad quod bis pulsantur campanæ, et tertio instrumentum ligneum, quo deinceps usque ad sabbatum utimur. Disponitur autem mensa in medio templi, in qua ponuntur hostiæ in scutellis. Vinum in calicibus. Pelvis et aqua in aliquo vasculo. Deinde episcopus vel sacerdos, indutus amictu, alba, cingulo, manipulo, stola et cappa seu pluviali, præcedentibus diacono et subdiacono, ceroferariis ac duodecim præbiteris, vel aliis qui personas gerunt apostolorum, veniunt ad locum ubi mensa est disposita. Et episcopo ac duodecim illis sedentibus, subdiaconus cantat epistolam Convenientibus vobis in unum sine titulo, in tono lectionis. Ea finita surgunt omnes et a diacono cantatur Evangelium, sine Dominus vobiscum et titulo in tono consueto. In quo dum dicitur Ponit vestimenta sua episcopus exuit cappam. Ad dum hæc verba proferuntur Et cum accepisset linteum et cetera, episcopus quoque idem facit, quod Christum fecisse evangelista illis verbis docet. Item quando dicitur Misit aquam in pelvim episcopus in pelvim vel urceum fundit aquam. Evangelio finito, cantatur in choro antiphona Ante diem festum paschæ et ex sequentibus tot, quot poterunt absolvi interim dum pedes

lavantur. Et incipit idem episcopus pedes duodecim sacerdotum sedentium lavare, linteo quo præcinctus est extergere, et osculare, a dextris. Omnibus lotis redit ad suum locum. Et omnes surgunt ac senior lavat et extergit pedes episcopi, omnesque osculantur. Postea episcopus porrigit hostias ordine duodecim præbiteris, cantans ante unumquemque eorum, Mandatum novum do vobis choro prosequente semper Ut diligatis et cetera. Ultimo dignior simili modo porrigit episcopo hostias. Exinde, idem fit cum calice, cantando Bibite ex hoc omnes et choro respondente Amen. Demum episcopus dicit versum Suscepimus Deus et cetera. Cum oratione Adesto. Et fit sermo ad populum.

His finitis ascendit episcopus ad altare maius et inchoat antiphonam Diviserunt sibi vestimenta mea chorusque prosequitur, cum psalmo Deus, Deus meus respice in me ita quod post quemlibet versum repetitur antiphona. Interim autem nudantur altaria. Et episcopus incipit saltem lavare, ministri autem lavant omnia altaria nudata. Post antiphonam et psalmum prædictum, pueri cantant Tellus ac æther iubilant et cetera.

Completorium incipitur absolute a psalmo Cum invocarem dictisque psalmis consuetis. Nunc dimittis et Miserere mei Deus. Subiungitur Christus factus est et cetera. Kyrie eleison, Pater noster et oratio Respice quæsumus.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE

In matutino et aliis horis, omnia fiunt eodem ordine ut heri, servatis his que huius diei sunt propria.

Pro officio, quod loco missæ peragitur, pontifex aut sacerdos officians indutus cappa, seu pluviali nigri coloris supra albam, ascendit ad summum maioris altaris (solo linteo tecti) gradum, comitatus a diacono et subdiacono albis vestitis. Et mox legitur prima prophetia sine titulo, cantatur tractus et ab officiante dicitur oratio. Deinde secunda prophetia, quam sequitur tractus et Passio sine titulo. Nec petitur benedictio ad Evangelium. Finita passione, officians ad altare cornu epistolæ stans, cantat orationes post Passionem in missali positas.

In quibus hoc specialiter observandum est, quod in fine orationis pro hæreticis et schismaticis, non dicitur per Dominum nec Amen, sed finita ipsa oratione, mox subiungitur sine intervallo Oremus et pro perfidis Iudæis et cetera. Ad orationem autem pro Iudæis, non dicitur Flectamus genua. Et in eius fine « Per eundem Dominum nostrum » dicitur, verum « Amen » non respondetur.

Completo orationibus, descendit officians ad altare Sanctæ Crucis, quod solo linteo debet esse tectum. Interim autem, unus præbiter cappa rubea vestitus, tollit Crucem casula velatam retro magnam aram, et eam paulatim procedendo, defert ad prædictum altare Sanctæ Crucis. Quem præcedunt duo alii similibus cappis vestiti,

cantantes impropria Popule meus et cetera. Ante hos autem vadunt quattuor pueri, a quibus cantatur Agios O Theos et cetera. Chorus vero respondet Sanctus Deus et cetera. Et postquam ad locum fuerit perventum, recipit officians de manibus portantis, crucem, quam a parte inferiori, usque ad genua Crucifixi discoperit, et stans flexis genibus ante altare, aliquantulum elevat, incipique et chorus prosequitur, antiphonam Ecce lignum crucis. Secundo discoperit eandem crucem, a genibus usque ad umbilicum Crucifixi, et tertio ab umbilico sursum totam, itidem cantando prædictam antiphonam, voce et cruce semper altius elevata. Sed versus antiphonæ ultimo saltem cantatur. Post hæc choro cantante antiphonam Dum fabricator et pueris hymnum Crux fidelis, primum officians, deinde clerici et populus hoc faciunt, voce demissa legit officians orationem Domine Iesu Christe Deus verus et cetera cum aliis duabus que sequuntur.

His omnibus peractis, præbiter qui crucem prius detulit, defert Corpus Domini in patena supra calicem collocatum, palla et linteolo pulchro tectum, ex loco ubi heri fuit referatum, præcedentibus ceroferariis et turribulo, ac duobus, cantantibus hymnum Laudes omnipotens et choro primum eius versum post singulos versus repetente. Interim autem extenditur corporale super altare Sanctæ Crucis, ac is officium peragit, cappa deposita, induit casulam, et stans flexis genibus ante altare, recitat cum ministris sibi assistentibus, confessionem generalem, incipiens a versiculo Adiutorium nostrum in nomine et cetera. Confiteor Deo et cetera.

Qua finita, recipit una cum calice Corpus Domini, de manibus portantis, et ponit super altare, ac incensat. Mox fundit vinum et aquam in calicem nihil dicens, lotisque manibus, accipit patenam in manum sinistram, et dextra manu corpus Dominicum tenens supra patenam, vertit se ad populum, incipiens antiphonam Hoc corpus quod pro vobis tradetur. Quam chorus prosequitur. Et hoc fit secundo et tertio, voce semper altius elevata. Sicque demum deponit una cum patena divinum Sacramentum ad altare.

Exinde, legit voce demissa Suscipe Sancta Trinitas hanc oblationem et cetera. Cantat ferialiter (omissis aliis) Oremus præceptis salutaribus moniti et cetera. Pater noster et cetera. Rursus cantat per omnia sæcula sæculorum. Sed necque Pax Domini dicitur, necque Agnus Dei, necque communio, necque pacis osculum datur. Verum frangit hostiam, more solito in tres particulas, et minimam particulam, sub silentio mittit in calicem. Et sumit in primis corpus Christi dicens Corpus Domini nostri Iesu Christi conservet animam meam in vitam æternam. Deinde calicem, quem cum accipit nihil dicit.

Postmodum pro vesperis leguntur ex psalterio, psalmi feriæ sextæ et canticum Magnificat, sine « Gloria Patri ». Versus: Christus factus est pro nobis. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster: et oratio Respice quæsumus Domine super hanc familiam et cetera.

Demum pontifex vel sacerdos officians, exuta casula, portans in manibus alteram hostiam consecratam, que pro sepultura heri fuit reservata, in patena supra calicem collocatam, palla et linteolo tectam, descendit cum ministris versus sepulchrum, (præcedentibus ceroferariis et turribulo) quod semel circumit: deinde reponit in illud eandem hostiam una cum calice, claudit, obsignat, et per circuitum incensat, choro cantante responsoria Ierusalem luce et Sepulto domino. Quibus completis, cantat versus Adoramus te Christe et cetera. Omnis terra et cetera. Et orationem Deus qui pro nobis.

Completorium hora consueta legitur ut heri.

IN SABBATO SANCTO

In matutino et horis, servatur ordo die cœnæ Domini descriptus.

Mane ornatur ecclesia vestiunturque altaria ornamentis preciosis. Et hora competenti. pontifex aut sacerdos, cappa seu pluviali supra albam vestitus, procedit ex sacrario cum ministris, in cimiterium, ad benedicendum ignem, qui excussa e silice flamma, incensus est.

Quem præcedit plena processio cum duobus vexillis, ceroferarii cum candelis non accensis, clericus cum cereo benedicendo similiter non accenso. Thuriferi cum turribulo sine igne. Cum ad locum fuerit perventum, circumit ignem officians cum ministris, quindecies: In uno quoque circuito proiciens in eum crucem ex cereis substilibus factam. Et interim leguntur Ad Dominicum tribularer et cetera. Et alii psalmi quindecim graduum, sine «Gloria Patri», benediciturque ignis more solito, prout habetur in missali.

Completa benedictione prædicta, accenduntur cerei, (excepto solo cereo benedicendo) et lampades ecclesiæ, (que sub ipsa benedictione debuerunt exstingui.) Benedicuntur thus in cereo paschali ponendum. Et redeunt omnes processionaliter in chorum, cantando hymnum Inventor rutili. Deinde diaconus, vel unus præbiterorum benedicit cereum paschalem, cantans Exsultet et cetera. Postea officians stans in ad alteri in cornu epistolæ, premissis Oremus, cantat orationem Deus qui divitas. Et legitur prima prophetia In principio creavit.

Ea finita dicitur Oremus, flectamus genua et cetera. (Quod aliis orationibus præmitti debet) Oratio Deus qui mirabiliter. Sequitur prophetia secunda, factum est in vigilia matutina. Tractus Cantemus Domino, oratio Deus cuius antiqua miracula. Tertia prophetia Apprehendent septem mulieres. Tractus Vinea facta est et cetera. Oratio Deus qui nos ad celebrandum. Quarta prophetia In diebus illis, scripsit Moyses canticum. Tractus Attende cælum. Oratio Deus celsitudo humilium. Quinta prophetia Hæc est hæreditas. Qua finita, dicitur oratio Omnipotens sempiterne Deus spes unica mundi. Deinde Tractus Sicut cervus. Et consequenter Oratio Omnipotens sempiterne Deus, respice propitiis sine flectamus genua.

Tunc præcedentibus duobus vexillis, descendit processio ad locum ubi fons benedici debet. In qua portatur turribulum, chrysmum et oleum cathecumenorum, cereus paschalis ardens. Et cum eo perventum fuerit, officians cum ministris circumit fontem novem vicibus. Interim autem cantatur per choratores, (choro primum versum, nunc a principio, nunc a medio repetente) hymnus Rex Sanctorum usque versum Fac in terra fontis huius exclusive. Quem officians cantat ter. Et reliquos versus prosequuntur choratores. Hymno finito, is qui benedictionem peracturus est, incipit intelligibili voce legeres, et tam ipse quam alii legunt demisse Pater noster et Credo. Sicque demum exorsus a versu Domine apud te est fons vitæ, peragit fontis benedictionem, sicut habetur in Missali. In litania choratores et chorus procedunt usque ad versum ut cunctum populum Christianum et cetera, inclusive. Et tunc cantat ter officians ut fontem istum et cetera. In fine litaniam Kyrie cantatur ad notas paschales, incipiente organista, et sic ascenditur ad chorum, (sonantibus omnibus campanis) usque ad finem Et in terra.

Quo cum perventum fuerit officians deposita ante altare cappa, accipit casulam, et recitat cum ministris accessum altaris, et legit pro initio Missæ, Kyrie eleison et cetera. Deinde cantat Gloria in excelsis et pergit in Missa. In qua finita epistola choratores cantant Iam Dominus optatas et cetera. Hinc chorus recipit semel Alleluia. Et choratore versum eius Confitemini usque ad finem perficiunt. Moxque primum versum tractus Laudate Dominum omnes gentes chorus, et secundum organista complet. Credo non dicitur, neque offertorium, sed canon minor legitur sub silentio. Præfatio paschalis Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimum nocte et cetera. Cum notis sollempnibus. Communicantes et noctem Sacratissimam venerantes et cetera. Sanctus sollempnis, sed necque « Agnus Dei » dicitur, necque « Pax tecum » necque « Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis » et cetera, necque Communio. Verum ubi officians corpus et sanguinem Domini sumpserit, statim incipiuntur vespere, absolute ab antiphona Alleluia alleluia alleluia; que dicitur tota in principio et fine psalmi. Psalmus unicus Laudate Dominum omnes gentes sine Gloria Patri. Quo finito et repetita prædicta antiphona, nullo intervallo facto, cantatur alia antiphona (Vespere autem sabbati) ad canticum Magnificat (quod et ipsum sine Gloria Patri perficitur) et ea repetita, officians dicit Dominus vobiscum, Oremus et complendam Spiritum nobis Domine tuæ charitatis et cetera. Loco Ite Missa est, choratores cantant Benedicamus Domino cum « alleluia », prout in Completorio festi pasche.

Completorium (Deus in adiutorium et Convertite nos Deus omissis) incipitur ab antiphona Alleluia. Et psalmi dicuntur sine Gloria Patri. Post quos repetitur antiphona, et neque hymnus, neque capitulum, neque versiculus dicitur, sed mox incipitur antiphona ad Nunc dimittis Alleluia pascha nostrum Christus est. Oratio Spiritum nobis et cetera, et Deus qui illuminas. Benedicamus cum « Alleluia », quod

tempore paschali solet cantari. Festa duplicia aut semiduplicia, que cadunt feria 2., 3., 4. Magnæ hebdomadæ, anticipantur in hebdomada, ante Dominicam Palmarum. Quæ vero feria 5., 6. et sabbato, transferuntur post octavam pasche.

IN FESTO GLORIOSISSIMÆ RESURRECTIONIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

Priusque pulsetur ad Matutinum, clausis ianuis templi, succustos aperit sepulchrum, et apertum relinquit. Corpus Domini, quod in sepulchro positum fuit reponit in monstrantiam. Quam in mensa indumento altaris decenter vestita ante ostium sepulchri supra corporale collocat. Cum duabus candelis in candelabris ardentibus. Sicut enim certum est, Christum antequam mulieres et discipuli ad sepulchrum venirent resurrexisse, ita convenit hanc cæremoniam peragi, priusquam populus in templum conveniat.

Ad matutinum, invitatorium et alia omnia, ut in libro. Dum autem lectiones cantantur, induuntur in sacrario diaconus et subdiaconus, pro hoc festo in tabula notati, vestibus albis, suo ordini convenientibus. Disponuntur duo, ad ferendum thus et turribulum, item duo alii portanda vexilla. Et finitas ultima lectione, dum in organo incipitur responsorium Dum transisset sabbatum descendit officians cum prædictis et aliis ministris processionaliter ad sepulchrum, et illud semel circumit, statque ante mensam in qua est monstrantia posita. Ubi finito responsorio incensat primum, deinde sumit in manus monstrantiam, incipitque et chorus prosequitur Introitum Resurrexi sine versu. Qui dum a choro cantatur, portat et ponit Sacramentum ad altare Sanctæ Crucis. Et postque Introitus fuerit finitus, duo pueri veniunt ad ostium sepulchri. Quorum unus cantat Quem queris mulier alleluia, alter vero respondet Iesum Nazarenum alleluia. Rursus primus Surrexit non est hic alleluia; ecce locus ubi posuerunt eum alleluia. Deinde accipiens in manus monstrantiam officians, ibidem apud altare Sanctæ Crucis, vertit se ad populum, incipitque Antiphonam Pax vobis ego sum alleluia quam chorus prosequitur. Et hoc fit ter, voce semper altius elevata. Quibus peractis, cantatur Te Deum laudamus ac revertitus processio ad chorum et monstrantia collocatur in altari maiori super corporale, et ibi stat usque ad finem laudum.

Ad laudes, omnia ut in libro. Capitulum, hymnus et versiculus non dicitur, sed eorum loco, cantatur graduale et « alleluia », hoc ordine. Choratores incipiunt Hæc est dies. Et chorus prosequitur quam fecit Dominus et cetera.

K

Versus tangitur in organo. Deinde choratores cantant « Alleluia », quod chorus non repetit, sed sine intervallo cantat Pascha nostrum immolatus est Christus.

Choratores subiungitur Epulemur in azimis sinceritatis organista vero et veritatis. Nec in fine repetitur « Alleluia », sed statim choratores incipiunt antiphonam ad Benedictus. Idem ordo servabitur in secundis etiam vesperis, in cantandis graduale, « Alleluia » et antiphona ad Magnificat. Benedicamus paschale. Completis laudibus, resumit in manus monstrantiam officians, et versa facie ad populum, incipit cantare, et chorus prosequitur Christus surrexit. Reponitque in ciborium monstrantiam.

Ad horas hymnus non dicitur, sed post Deus in adiutorium et cetera, statim incipiuntur antiphonæ, que sumuntur ex laudibus. Que cum repetitæ fuerint post psalmos, cantatur graduale et alleluia. Deinde Dominus vobiscum, oratio et Benedicamus cum « alleluia ».

Ad Primam, psalmi Deus in nomine, Beati immaculati, Retribue, Confitemini, Laudate Dominum omnes gentes. Oratio Spiritum nobis Domine et Domine sante Pater et cetera. Preces exultabunt. Hoc ordine perficiuntur horæ usque ad sequens sabbatum exclusive.

Ante missam, ad aspersionem aquæ benedictæ, antiphona Vidi aquam cum versiculo et oratione, ut in libro. In processione canitur antiphona Cum Rex gloriæ. In loco stationis, versiculus Surrexit Dominus de sepulchro et cetera. Cum oratione sequenti, in qua nominatur sanctus, ad cuius honorem locus stationis dedicatus est. Deinde ibidem

K 2

cantatur Salve festa dies. In reversione, antiphona Sedit Angelus. Et redeuntes consistunt omnes in medio templi, tamdiu, dum pueri cantant ante aram Sanctæ Crucis, versum Crucifixum Dominum laudate. Quo finito chorus prosequitur Nolite metuere, et processio ascendit ad Sanctuarium. Ibi dum tempus erit, choratores cantant versum Recordamini. et chorus finit antiphonam Sedit Angelus, cantans alleluia. Postremo officians dicit versum Surrexit Dominus vere et orationem sequentem in qua nominat sanctum ad cuius honorem ecclesia consecrata est.

In missa, omnia ut in libro, Kyrie paschale. Dum canitur Gloria in excelsis, per totum hoc triduum, campanæ pulsantur. Patrem maius solenne, Præfatio per totam octavam propria, cum suo « Communicantes ». Sanctus Angelicus. Ultimus versus prosæ non finitur, sed priusquam cantatur Tu nobis victor Rex, miserere, incipit chorus hymnum Christus surrexit. Qui cantatur usque ad finem, partim in eodem choro, partim in organo. Eoque completo organista tangit, Tu nobis victor Rex et cetera.

In secundis vesperis, in choro non dicitur Deus in adiutorium, sed eius loco canitur Kyrie paschale. Quo finito, incipitur antiphona Angelus Domini. (Verum privatim, vesperæ incipiuntur a Deus in adiutorium.) Finitis tribus antiphonis et tribus psalmis, statim cantare debet graduale et alleluia, prout in laudibus. Deinde antiphona ad Magnificat. Qua in fine repetita, officians præmisso Dominus vobiscum, dicit orationem de die. Et in eius fine chorus respondet Amen. Statimque fit descensus ad fontem, prout infra.

K 3

Nota, quod priusque incipiuntur vesperæ, fons baptismatis, si est in loco, qui non est idoneus ad infrascripta peragenda, debet poni in mensa, in medio templi collocata. Dum autem in vesperis cantatur psalmi, parentur in sanctuario ministri, de quibus nunc dicitur.

Et incepto tertio psalmo egrediantur hoc ordine. Præcedant alios, duo clerici vexilla portantes; Hos sequantur duo ceroferarii. Deinde thuriferi: Procedens cappa vestitus, portans cereum paschalem. Duo alii procedentes vel præbiteri, cappis induti, ferentes S. chrysmata et oleum catechuminum. Diaconus et subdiaconus. Et interim dum magnificat et oratio finietur, stent omnes eodem ordine quo venerunt, (versis faciebus ad altare) in sanctuario a parte evangelii.

Dicto « Amen » (ut supra) post orationem, incipitur in organo antiphona Vidi aquam. Et descendunt omnes ad inferiorem partem templi. Ubi chorus manet in suo loco, domini capitulares stant prope fontem duobus ordinibus, officians cum prædictis ministris circumit fontem novies, et circuitu finito ipse quidem constitit a parte inferiori fontis, ministri vero ante aram S. Crucis, eodem ordine quo prius steterunt ante magnum altare. Versum antiphonæ Vidi aquam cantant choratores ad gradum altaris Sanctæ Crucis Gloria Patri perficitur in organo. Repetitio, et omnes, incipitur a choratoribus et absolvitur a choro. Hinc cantantur (incipientibus choratoribus) reliquæ duæ antiphonæ Respondens autem angelus et Cito euntes cum suis psalmis. Ita tamen, quod versus psalmi In exitu Israel,

K 4

vicissim canuntur in organo et choro. Finitis prædictis antiphonis et psalmis, officians dicit versiculum Domine apud te est fons vitæ cum oratione Deus qui nos in Christo renatos et cetera, quam concludit. Et chorus respondet Amen. Tunc in organo cantatur antiphona Christus resurgens. Et omnes ascendunt ad Sanctuarium ad priora loca, exceptis choratoribus, qui manent adhuc apud altare Sanctæ Crucis, et

ibidem cantant versum Dicant nunc Iudei post quem chorus repetit Quod enim vivit et cetera. Redeuntque interim et choratore in Sanctuarium. Ubi officians dicit versiculum In resurrectione et orationem Præsta quæsumus et cetera, Dominus vobiscum ac concluduntur vesperæ per Benedicamus paschale.

Hic ritus servatur in vesperis per totum triduum. Aliis diebus, omissis omnibus, (ab antiphona Vidi aquam usque ad orationem Præsta quæsumus inclusive). Quinque psalmi cum suis antiphonis, graduale, alleluia, magnificat, oratio diei ac Benedicamus Domino, perficiuntur uno contextu, (quod servatur etiam ab his, qui privatim horas legunt) nec fit descensus ad fontem.

Ad completorium Convertite nos Deus et Deus in adiutorium dicuntur, antiphona Alleluia. Loco hymni, capituli et versiculi, graduale et alleluia ut in aliis horis. Ad Nunc dimittis antiphona Alleluia resurrexit Dominus, oratio Spiritum nobis et Deus qui illuminas et cetera. Pro commemoratione Beatæ Virginis, antiphona Regina cœli minus. Versiculus Ora Mater resurgentis. Oratio Deus qui per resurrectionem. Nota quod tempore paschali, usque ad festum Sanctissimæ Trinitatis, exclusive. In ho-

K 5

ris diurnis et nocturnis, in fine antiphonarum, responsoriorum, versiculorum et benedicamus; item in missa, in fine introitus, offertorii communionis, sive agatur de tempore, sive de sanctis, dicitur « alleluia ».

FERIA SECUNDA PASCHÆ

Ad matutinum, invitorium Surrexit Dominus vere, antiphona Cognoverunt et cetera.

Ad laudes antiphona Angelus autem Domini et cetera. Versus, gradualis proprius huius diei Dicat nunc Israel. Alleluia proprium, Angelus Domini. Antiphona ad Benedictus et oratio propria.

In missa versum secundum alleluia, videlicet Respondens autem Angelus cantant pueri. Et chorus finit cantans Iesum Nazarenum.

Ad primam psalmi Deus in nomine tuo, Beati immaculati, Retribue, Quicumque vult salvus esse.

In secundis vesperis Alleluia incipitur per chorum, cuius primum versum (Angelus Domini) cantant choratores, secundum (Respondens) pueri. Iesum Nazarenum organum. Alia tam in diurno quam in nocturno officio ut in libro. Idem

ordo tenendus erit, diebus aliis usque ad sabbatum exclusive, servatis his, quæ cuiusque diei propria sunt.

SABBATUM IN ALBIS

Sabbato, infra octavam pasche, ad laudes et horas, capitulum, hymnus et versiculi, (que hactenus non dicebantur) dicuntur. Hymni canuntur ad notas hymni Aurora lucis rutilat et concluduntur versibus Quæsumus author; Gloria tibi Domine qui surrexisti.

Festa duplicia aut semiduplicia infra et in octavam pasche incidentia, transferuntur in sequentem septimanam. Simplicia omittuntur.

IN OCTAVA PASCHE

In primis vespers, antiphona Pax vobis. Psalmi Benedictus Dominus Deus et alii de sabbato ex psalterio. Capitulum Expurgate vetus fermentum. Responsorium Dum transisset sabbatum. Hymnus Chorus novæ. Versiculus Surrexit Dominus de sepulchro. Antiphona ad Magnificat Maria Magdalena. Oratio Deus qui hodierna die per unigenitum tuum et cetera. Benedicamus paschale.

Ad completorium, antiphona Alleluia. Hymnus Ad cænam. Capitulum Christus resurgens. Versiculus In resurrectione tua. Ad Nunc dimittis antiphona Alleluia pascha nostrum. Oratio Spiritum nobis et cetera, Deus qui illuminas. Pro commemoratione beatæ Mariæ Virginis, ante aram eiusdem antiphona Regina cæli maior. Versiculus Ora Mater resurgentis. Oratio Deus qui per resurrectionem unigeniti filii tui et cetera.

In officio nocturni et in missa, omnia ut in die sancto paschæ, eo excepto, quod ad laudes non dicitur graduale et alleluia, sed capitulum Expurgate vetus fermentum. Hymnus Aurora lucis rutilat, versiculus In resurrectione tua. In missa autem loco gradualis Hæc dies, Alleluia Angelus Domini.

Ad primam Deus in adiutorium. Hymnus ad notas hymni Ad cenam Agni et concluditur tam hic quam in aliis horis, versibus Quæsumus author et Gloria tibi domine qui surrexisti et cetera. Antiphona Angelus autem Domini. Psalmi Deus in nomine, Beati immaculati, Retribue, Confitemini, Quicumque vult. Capitulum Christus resurgens. Responsorium Iesu Christe et cetera. Versus Qui resurrexisti a mortuis. Oratio Spiritum nobis et Domine Pater omnipotens et cetera.

Ad tertiam, antiphona Erat autem aspectus. Capitulum Expurgate. Responsorium Surrexit Dominus de sepulchro. Versiculus Surrexit Dominus vere. Oratio Deus qui hodierna die et cetera.

Ad sextam, antiphona **Præ timore**. Capitulum Fratres itaque epulemur. Responsorium Surrexit Dominus vere. Versiculus Surrexit Christus et illuxit. Oratio ut supra.

Ad nonam, antiphona Cito euntes. Capitulum Fratres itaque epulemur. Responsorium Surrexit Christus et illuxit. Versiculus In resurrectione. Oratio ut supra.

In missa, ab aspersione aque benedictæ usque ad finem, omnia ut in festo paschæ, nisi quod gradualis dicitur Alleluia angelus Domini.

In secundis vespere, antiphonæ, capitulum, hymnus, versiculus, ut in primis vespere. Responsorium Surrexit Dominus. Antiphona ad Magnificat Et dicebant. Benedicamus paschale.

In completorio, antiphona ad Nunc dimittis Alleluia resurrexit Dominus. Alia ut heri. Sicque completorium etiam dum de dominica translata, aut de feria, aut de sanctis agitur usque ad ascensionem Domini.

Eodem modo peragitur officium divinum, in aliis quoque dominicis, usque ad ascensionem Domini. Et propria earum officia transferuntur in feriam secundam sequentem, aut si in eam festum duplex aut semiduplex cadat, in alium diem hebdomadæ, simili festo non impeditum.

FERIA SECUNDA

In matutinis precibus invitatorium Alleluia alleluia alleluia et alia omnia de dominica, ut in libro. In fine laudum, suffragia, de resurrectione Domini Surrexit Dominus. De sancta cruce Crucem sanctam. De Sanctis Petro et Paulo Fulgebunt iusti. De Sancto Adalberto Beatus vir. De omnibus sanctis In cœlestibus. Pro pace Da pacem. Benedicamus feriale in pascha.

Ad primam, hymnus canitur ad notas Aurora lucis rutilat, et concluditur cum versibus Quæsumus auctor, Gloria tibi Domine, qui surrexisti. Quod servatur in aliis etiam horis tempore paschali semper, dum officium fit de dominica translata in feriam, aut de feria. Quando autem de sanctis, ad notam Ad cenam Agni, omittiturque versus Quæsumus auctor et dicitur solum Gloria tibi Domine. Antiphona Surgens Iesus. Psalmus Deus in nomine cum reliquis. Capitulum Christus resurgens, responsum et versiculus ut heri, oratio Præsta quæsumus omnipotens et cetera.

Que dicitur, quotiescumque agitur de dominica translata, aut de feria. Nam quan-

L

do de sanctis Spiritum nobis, et Domine sancte Pater.

Ad tertiam, antiphona Iesum qui crucifixus est queritis. Capitulum de dominica. Responsorium Quem queris mulier. Versiculus Tulerunt Dominum meum. Oratio de dominica, que dicitur etiam ad sextam et nonam.

Ad sextam, antiphona In Galilæa. Capitulum, de dominica, responsorium Tulerunt Dominum meum. Versiculus Noli flere Maria.

Ad nonam antiphona Cito euntes. Capitulum dominicæ. Responsorium Noli flere Maria. Versiculus In resurrectione tua et cetera.

In missa, introitus Quasimodo. Kyrie feriale in pascha. Gloria in excelsis dicitur. Oratio de dominica, de resurrectione, et de omnibus sanctis, vel Zima vetus. Credo non dicitur, præfatio paschalis, cum canto simplici. In qua deinceps diebus tantum dominicis dicitur hæc vox, die, aliis vero omittitur. Reliqua ut in libro.

In secundis vespers, antiphona ad psalmos Pax vobis. Psalmi feriales Dilexi cum ceteris. Capitulum dominicæ. Responsorium non dicitur. Hymnus chorus novæ. Versiculus Mane nobiscum Domine. Antiphona ad Magnificat Thomas qui dicitur dydimus. Oratio, de dominica. Suffragia et benedicamus ut in fine laudum. Sed si cras dicendum fit officium de sancto, secundæ vespere prædicatæ omittuntur, et suffragia perficiuntur in vespers beatæ Mariæ Virginis, dicenturque primæ vespere de eodem Sancto.

Hodie incipiuntur cottidianæ horæ Beatæ Virginis.

L 2

Hoc ordine transfertur et peragitur officium divinum, de aliis quoque dominicis usque ad ascensionem domini, servatis iis que cuiuslibet dominicæ propria sunt.

Notandum quod in festis quoque semiduplicibus et simplicibus, suffragis prædicta dici debent. Hoc excepto, quod loco suffragii de resurrectione dicitur de dominica. Et in secundis vespers additur de sancto, de quo cras agendum erit, nisi de eo dicendæ sint primæ vespere

DE FERIIS TEMPORE PASCHALI

A feria tertia octavam paschæ deinceps, in feriali officio, lectiones et responsoria **in matutinis** precibus aliæque quæ habentur, dicuntur propria. Reliqua autem, prout in feriis secundis dominica dicta sunt. Te Deum laudamus dicitur. Et suffragia ut supra.

DIES ROGATIONUM

FERIA SECUNDA ROGATIONUM, fit officium de dominica. Finita autem missa, **fit processio** ad aliquam ecclesiam hoc ordine. In choro cantantur antiphonæ

Clementissime, et Exsurge Domine, cum suis versibus. « Gloria Patri » in posterioris tantum fine dicitur, et eadem antiphona. Tum proceditur ad locum destinatum, cantando antiphonam Surgite sancti, ac hymnos Vita sanctorum et Ad cenam Agni, tamdiu donec eo perventum fuerit. Ibi autem cantatur ferialiter missa Exaudivit de templo sanc-

L. 3

to suo, prout habetur in libro, in qua prima oratio propria eiusdem missæ. Secunda de patrono illius ecclesiæ. Tertia pro pace vel alia necessitate. Fiuntque suffragia de sancto in cuius honorem ecclesia dedicata est, de resurrectione Domini, de sancta Cruce, de beata Virgine, de sanctis apostolis Petro et Paulo, de sancto Adalberto, de omnibus sanctis, pro peccatis, pro rege, contra paganos, pro serenitate vel pro pluvia, pro pace. Quibus finitis, in reversione cantatur Aufer a nobis Domine dum autem ad chorum perventum fuerit, ibi denuo fit suffragium de beata Virgine.

Hic ritus processionum servabitur et aliis sequentibus duobus diebus, hoc excepto, quod loco suffragii de resurrectione, fit suffragium de dominica, per antiphonam Petite et accipietis, versiculus Mane nobiscum, et orationem Deus a quo bona cuncta procedunt. **Item:** tertia die in reditu, dum processio non longe aberit a principali templo, incipitur hymnus « Te Deum laudamus » et cum eo fit ingressus in idem templum.

In laudibus et **vesperis** suffragia, que feria secunda post octavam pasche notata sunt.

FERIA TERTIA **in matutinis precibus** non dicitur « Te Deum laudamus ». **Ad laudes**, capitulum et oratio propria. Suffragia de dominica, de sancta Cruce, sanctis apostolis Petro et Paulo, sancto Adalberto, omnibus sanctis, pro pace. Benedicamus feriale ut in æstate.

Ad tertiam, sextam, nonam, capitulum et oratio propria, Benedicamus sine « Alleluia ».

In missa introitus Exaudivit de templo. Kyrie, Sanctus et Benedicamus Domino in fine feriale, ut in æstate. Oratio prima huius missa propria. Secunda de dominica. Tertia pro pace, vel pluvia vel serenitate. Prosa et Credo non dicitur. Præfatio cottidiana ferialiter.

In vesperis capitulum et oratio, de dominica. Suffragia de sancta Cruce cum sequentibus. Benedicamus feriale in pascha.

In matutinis precibus invitatorium Alleluia, alleluia, alleluia, antiphona Cognoverunt dominum. Psalmi Dixit insipiens, Exaudi Deus, Miserere mei Deus, Quoniam conculcavit. Versus Quem queris mulier. Lectiones propriæ, responsoria Dicant nunc, Bonum est confiteri, Cantate Domino. « Te Deum » non dicitur. **Ad**

laudes antiphona Gavisi sunt discipuli, capitulum, antiphona ad Benedictus, oratio propria. Hymnus Aurora lucis. Versiculus: In resurrectione tua. Benedicamus ut infra.

In missa Kyrie, Sanctus et in fine Benedicamus, feriale ut in aetate.

Ad sextam et **nonam** capitula et oratio propria.

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI

In primis vespere Benedicamus Domino Magnae Deus cum alleluia.

In Completorio antiphona ad psalmos: Alleluia. In fine pro commemoratione beatæ Mariæ Virginis, antiphona: Regina cæli et cetera, iam ascendit et cetera. Versiculus: Ora Mater ascendentis. Oratio

L 5

Deus qui per ascensionem unigeniti et cetera.

In missa ad aspersionem aquæ benedictæ: Vidi aquam, versiculus: Domine apud te est fons vitæ alleluia. Oratio: Presta quæsumus omnipotens Deus, ut nostræ mentis intentio, quo sollempnitatis hodiernæ author ingressus est, semper intendat, et quo fide pergit conservatione perveniat, per Christum Dominum nostrum. **Ad processionem** responsorium: Ite in orbem. In loco stationis officians dicit **versiculum** Ascendens Christus in altum alleluia et orationem « Tribue nobis Domine, ut illuc tendat nostræ devotionis affectus, quo in tuo unigenito tecum est nostræ carnis substantia. Per eundem. »

Deinde cantatur Salve festi dies et cetera. Qua Deus cælos ascendit et cetera. **In reversione**, hymnus Festum nunc celebre.

In horis hymni cantatur ad notam Iesu nostra redemptio et concluduntur cum versu Gloria tibi Domine, qui ascendisti ad cælos.

In missa Kyrie paschale Patrem sollempne maius. Præfatio propria per totam octavam, cum suo « Communicantes ». Sanctus Angelicus.

In secundis vespere antiphonæ de laudibus, excepta penultima, pro qua dicitur antiphona Sic veniet. Psalmi: Dixit Dominus, Laudate pueri, Ad te levavi oculos, Laudate nomen Domini, Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus. Responsorium: Viri Galilæi. Alia ut in libro. **Horæ Beatæ Virginis** et **officium defunctorum** non dicuntur hodie, necque infra octavam.

FERIA SEXTA et SABBATO INFRA OCTAVAM, omnia ut in libro.

DOMINICA INFRA OCTAVAM

Megjegyzés [kgy18]: az eredeti rövidítés-> vers :

In primis vesperis capitulum, antiphona ad Magnificat, oratio (cum oratione de Ascensione sub una conclusione) propria. Alia ut in secundis vesperis festi.

Ad matutinum, lectiones, ad laudes capitulum, antiphona ad Benedictus et oratio propria. Suffragium de Ascensione per antiphonam Ascendo ad Patrem et cetera.

Ad primam additur psalmus Confitemini. **Ad tertiam, sextam, nonam** capitulum et oratio propria.

In secundis vesperis capitulum, antiphona ad Magnificat et oratio propria. Suffragium de Ascensione. Alia omnia ut infesto.

FERIA SECUNDA **ad matutinum** invitatorium Ascendens Christus. Antiphonæ, responsoria et laudes ut in festo, lectiones propriae. **In vesperis** ad Magnificat antiphona Eunt in mundum.

FERIA TERTIA **in matutino** lectiones propriae. Invitatorium, antiphonæ et psalmi, responsoria et antiphona ad Benedictus, ut feria sexta præterita. **In vesperis** antiphona ad Magnificat : Illi autem profecti.

FERIA QUARTA invitatorium, antiphonæ, psalmi, responsoria, antiphona ad Benedictus, ut in Sabbato præcedenti. Lectiones propriae.

IN OCTAVA ASCENSIONIS antiphonæ : Viri Galilæi cum ceteris. Alia omnia ut in festo.

FERIA SEXTA POST OCTAVAM **in matutino** lectiones propriae, invitatorium, antiphonæ, psalmi, responsoria ut præterita feria sexta. **Ad laudes** capitulum et oratio de dominica, antiphona ad Benedictus Cum venerit Paraclitus. **In horis** capitulum et oratio de dominica. Alia de Ascensione.

In missa officium de dominica præcedenti. Kyrie proprium. Prima oratio dominicæ, secunda de beata Virgine, sine « Communicantes ». Sanctus ferialis in Pascha.

In vesperis antiphonæ Viri Galilæi et cetera. Capitulum et oratio de dominica, responsorium non dicitur, antiphona ad Magnificat Cum venerit Paraclitus. Benedicamus Domino conforme Kyrie, quod in missa cantatum est (hoc est ad notas Rex omnipotens die hodierna) cum « alleluia ». Hodie et cras dicuntur horæ Beatæ Virginis et officium defunctorum.

VIGILIA PENTECOSTES

Ad matutinum invitorium, antiphonæ, psalmi ut in sabbato præterito, lectiones propriæ. Rponsorialia Tempus est, Ponis nubem, Non turbetur. Te Deum laudamus non dicitur. **In laudibus** capitulum, oratio, antiphona ad Benedictus propria. Benedicamus feriale in pascha.

Ad tertiam, sextam, nonam capitula et orationes propriæ. Alia de Ascensione. Et omnes prædictæ horæ dicendæ sunt ante missam, nam ea tota pertinet ad sequens festum, ideoque merito illam præcedere debent omnia, in quibus fit mentio Ascensionis.

Priusquam missa incipiatur, leguntur prophetiæ hoc ordine. Prima prophetia Tentavit Deus Abraham, quam sequitur tractus Cantemus Domino. Oratio Deus qui in Abraham et cetera, que una cum sequentibus dicitur sine « Flectamus genua ». Secunda prophetia In diebus illis, scripsit Moyses. Tractus Attende cælum. Oratio Deus qui nobis per prophetarum ora. Tertia Apprehendent septem mulieres. Tractus Vineam factam est. Oratio Deus qui nos ad celebrandam. Quarta Audi Israel. Oratio Deus incommutabilis. Tractus Sicut cervus. Oratio Concede quæsumus.

Quibus finitis, proceditur ad consecrationem fontis, eaque peragitur ut in Sabbato Sancto. Et revertitur processio ad chorum, eodem modo ut tunc, cantando pro initio missæ Kyrie paschale. Incensum fertur ad missam. Credo dicitur, Sanctus sollempne. Præfatio Qui ascendens super omnes cælos cum suo « Communicantes ». Alia ut in libro.

Megjegyzés [kg19]: (que una ... genua.) zárójelket elhagytam.

FESTUM PENTECOSTES

In primis vesperis completorio, matutino et laudibus omnia ut in libro. Benedicamus Magnæ Deus cum alleluia.

Ad primam, tertiam, sextam, nonam Hymnus Veni Creator. Antiphona Veni Sancte Spiritus. Psalmi ad primam Deus nomine, Confitemini, Beati immaculati, Retribue, Quicumque, Laudate Dominum omnes gentes.

In missa ad aspersionem aque benedictæ Vidi aquam cum versu Confirma hoc Deus. Vesculus Domine

M

apud Te est fons vitæ alleluia. Oratio Deus qui renatis. **Ad processionem** responsorium Apparuerunt apostolis. In loco stationis versiculus Loquebantur variis linguis. Oratio « Omnipotens sempiternus Deus, qui paschale sacramentum, quinquaginta dierum voluisti misterio contineri, præsta per intercessionem sancti N. ut gentium linguarum divisione facta dispersio, ad unam concessionem tui nominis,

cœlesti munere congregetur. Per Dominum.» Deinde cantatur Salve festa dies. Qua Deus Spiritum misit et cetera. **In reversione** hymnus Veni Creator.

Introitus Spiritus Domini. Kyrie Fons bonitatis vel Magnæ Deus. Credo dicitur et præfatio Qui ascendens, cum suo « Communicantes » per totam octavam Patrem sollemne maius. Sanctus Angelicus.

In secundis vesperis antiphonæ de laudibus, præter penultimam, pro qua dicitur antiphona Hi qui linguis. Psalmi de dominica ex psalterio. Responsorium Advenit ignis et cetera. Hodie et per totam octavam, non dicitur horæ Beatæ Virginis, nec officium defunctorum. Item festa duplicia et semiduplicia, infra eandem octava cadentia transferuntur.

FERIA SECUNDA

Ad matutinum lectiones et responsoria, item ad laudes capitulum, antiphona ad Benedictus et oratio propria. Alia ut heri.

Ad horas hymni earum proprii ex psalterio, cum notis Beata nobis gaudia, et concluduntur versu Sit laus Patri cum Filio. Antiphonæ Dum com

M 2

plerentur et aliæ de laudibus. Capitula et orationes propria.

In missa officium proprium, Kyrie Magnæ Deus. Sanctus Angelicus.

In vesperis responsum Veni Spiritus, antiphona ad Magnificat cum oratione, propria, Benedicamus Magnæ Deus.

Eodem modo peragitur officium divinum aliis quoque diebus infra octavam, servatis iis que cuiusque diei propria sunt. Hoc excepto, quod Kyrie Cunctipotens, Sanctus sollemnius cantatur. Ac in vesperis responsoria Advenit ignis et Veni Spiritus alternis diebus vicissim dicuntur. Item, feria quarta ad primam orationem, et sabbato ad eas quæ præcedunt prophetias « Dominus vobiscum » non dicitur nec « Flectamus genua », sed « Oremus » tantum. Nec dicuntur secundæ ~~vesperæ~~ de Sancto Spiritu in sabbato.

Megjegyzés [kgv20]: a
forrásban így : vespræ


DE SANCTA TRINITATE

In primis vesperis omnia ut in libro. Benedicamus Magnæ Deus sine alleluia.

Completorium dicitur, quemadmodum habetur in psalterio. Benedicamus feriale minus. Et pro commemoratione Beatæ Virginis, ab hodie deinceps antiphona Sancta Dei Genitrix.

In matutinis et laudibus omnia propria. Benedicamus ut in primis vesperis.

Ad primam antiphona Gloria tibi Trinitas. Psalmi Deus in nomine, Confitemini cum sequentibus. Alia ut in psalterio.

Ad tertiam antiphona Laus et perennis gloria. Capitulum  altitudo. Responsorium Benedicamus Patrem et filium. Versiculus Benedictus es Domine. Oratio propria.

Megjegyzés [kgy21]: a
forrásban így: ó (mintha kézírás lenne)

M 3

Ad sextam antiphona Gloria laudis. Capitulum et oratio propria. Responsorium Benedictus es Domine, in firmamento caeli. Versus Benedicat nos.

Ad nonam antiphona Ex quo omnia. Capitulum et oratio propria. Responsorium Benedicat nos Deus noster. Versus Sit nomen Domini.

Hymni horarum cantantur ad easdem notas, ad quas hymnus Te lucis in completorio, et concluduntur versu Deo Patri sit gloria.

In missa ad aspersionem aquae benedictae, antiphona Asperges me, versus Ostende nobis. Oratio Praesta nobis quaesumus Domine, per hanc sanctificatae aquae et cetera. Ad processionem responsorium Benedicamus Patrem et Filium. In loco stationis versiculus Benedictus es Domine in firmamento caeli. Oratio Omnipotens sempiternae Deus, qui dedisti famulis et cetera. Reversione, hymnus O Pater sancte.

In officio missae Kyrie Magnae Deus. Credo dicitur. Patrem sollemne maius. Praefatio Qui cum Unigenito Tuo. Sanctus Angelicus.

In secundis vesperis responsorium Summae Trinitati. Antiphona ad Magnificat Te iure laudant. Alia ut in primis vesperis, suffragium de sancto, de quo cras fiet officium.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI

Die praecedenti, in missa consecratur ac in monstrantiam ponitur Sacramentum Corporis Domini, circumferendum in processione huius festi. Collocaturque (finita missa) in capella (ad

M 4

illud per totam octavam asservandum) decenter ornata.

In primis vesperis ante omnia, officians venit venit cum ministris, ad capellam pro custodia Sacramenti deputatam. Incensat divinum sacramentum, ac sumit in manus. Versaque facie ad populum, incipit cantare Tantum ergo sacramentum et chorus prosequitur. Ac interim vadit cum Sacramento ad altare maius. Ubi (finito per chorum Tantum ergo) rursus vertit faciem ad populum et incipit responsorium Homo quidam, quod chorus similiter prosequitur, fitque illud cantando, processio circa templum. Et eo finito, si nondum est perventum in chorum, additur aliud

responsorium, discubuit Iesus. Completa processione, officians Sacramentum in altari collocat et incensat. Tumque demum incipiuntur vesperæ. In quibus omnia dicuntur ut in libro. Benedicamus Magnæ Deus cum alleluia.

Finitis vesperis, incensato et in manus accepto sacramento, incipit officians et chorus prosequitur O salutaris hostia. Et reportatur sacramentum ad capellam. Hicque ritus gestandi idem sacramentum servatur ante et post missam et vesperas, per totam octavam ubi aliter non invenitur ordinatum.

In completorio omnia ut in libro. Benedicamus sicut tempore paschali.

Ad matutinum et laudes totum officium. Sed benedictiones dicuntur de Beata Virgine. Benedicamus ut in vesperis.

Ad horas hymni canuntur ad notas hymni verbum supernum. Et concluduntur **versu** Uni trinoque Domino. Antiphonæ de laudibus, responsoria, versiculi et benedicamus cum alleluia.

Megjegyzés [kgv22]: a
forrásban így : vesu

M 5

Ante missam exportatur sacramentum, cantando Tantum ergo et statim collocatur in altari. Deinde ad aspersionem aquæ benedictæ, dicitur antiphona Asperges me. Versus Educas panem de terra. Oratio «Deus qui gloriosum corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi mysterium, nobiscum manere voluisti, da nobis quæsumus, eius præsentiam ita venerari in terris, ut de eius visione gaudere mereamur in cælis. Per.» et cetera. **Postea incipitur missa.** Kyrie Magnæ Deus, Patrem sollemne maius, Sanctus Angelicus. In prosa versus Ecce panis angelorum, in figuris præsignatur : Bone pastor panis vere, incipit officians, sacramentum habens in manibus versa facie ad populum.

Missa finita, officians incensat corpus domini, et eo ex altari levato, facieque ad populum versa, inchoat responsorium Homo quidam, quod dum chorus prosequitur, processio egreditur templo, et peragitur more consueto. In qua domini capitulares, et alii clerici, incedunt, alii casulis, alii dalmaticis, alii cappis induti. Ultra prædictum responsorium, cantantur in processione, hymni Pange lingua, Sacris sollemniis, prosa Lauda Sion, responsorium Caro mea [tandiu], dum omnes in templum reverse fuerint. Et in quattuor stationum locis deponitur ad mensam monstrantia, cantanturque evangelia per diaconos. In primo loco, evangelium dei Caro mea. Quo finito, officians dicit versiculum «Cibavit eos ex adipe frumenti alleluia». Et orationem Deus qui nobis sub sacramento. In secundo loco evangelium Petite et dabitur vobis. (quod habetur in missa pro peccatis) versiculus Panem cæli dedit eis alleluia. Oratio Deus qui gloriosum corporis et cetera, que supra dicta est, ad aspersionem aquæ benedictæ. Tertio, evangelium Habete fidem Dei (ex missa contra paganos) Versiculus «Panem de cælo præstitisti eis alleluia.» Oratio Fac nos quæsumus

Megjegyzés [kgv23]: a
forrásban így : tandiu

Domine divinitatis tuæ et cetera, Quarto evangelium In principio erat Verbum. Versiculus « Educas panem de terra alleluia ». Oratio Deus qui nobis sub sacramento. Completa processione datur benedictio. Et stans ante altare, sacramentumque in manibus tenens qui officium peragit, incepta antiphona O salutaris hostia, reportat idem sacramentum in capellam.

In secundis vesperis antiphonæ de laudibus, et alia ut in libro.

DIEBUS INFRA OCTAVAM et ipsa octava, officium dicitur ut in festo, præter proprias lectiones primi et secundi nocturni. Die autem dominico post aspersionem aque benedictæ, fit circuitus cum responsorio Homo quidam. Ac in processione octavæ evangelia, versiculi et oratione et orationes non dicuntur. Nec in secundis vesperis exportatur sacramentum. Fitque suffragium de sancto, de quo cras agendum erit.

Notandum quod tam in processione diei et octavæ quam aliis diebus quando effertur vel infertur sacramentum, item dum in prosa canitur Ecce panis angelorum, domini capitulares debent in manibus habere lucernas ardentis. Horæ Beatæ Virginis et officium defunctorum per totam octavam non dicuntur.

Festa semiduplicia infra hanc octavam si veniant, transferuntur.

Festum Sanctis Ioannis Baptistæ vel quodcumque aliud duplex, si venerit in die Corporis Christi, transfertur. Si autem ceciderit alia in die infra octavam, vel in octava servatur in loco, et fit suffragium de octava in fine primarum vesperarum et laudum, in missa autem commemoratio per orationem. Sed secundæ vespere eiusmodi festi duplicis, prius perficiuntur, ac hora vesperarum consueta aliæ secundæ vespere dicuntur de octava.

Si autem aliqua vigilia cadat intra eandem octavam, homilia vigiliæ in matutino legitur pro ultima lectione, et fit de ea commemoratio per solam orationem in fine laudum et in missa.

Prima et completorium in festis infra octavam celebrandis, dicitur de Corpore Christi. aliæ horæ de iisdem festis.

DE DOMINICIS POST OCTAVAS PENTECOSTES.

Ponuntur in breviario viginti quattuor dominicarum officia post octavas Pentecostes. Quarum quidem aliæ sunt novæ historiæ, aliæ vero simplices. Novæ historiæ vocantur illæ, in quibus pro lectionibus matutini, liber aliquis Bibliæ, a principio legi incipitur. Simplices vero, in quibus iam inceptus liber continuatur. Exempli gratia : Libros Regum incipimus legere, in dominica prima, et legimus per octo hebdomadas. Prima itaque dominica est nova historia, aliæ quæ sequuntur usque ad octavam inclusive, sunt simplices dominice. Historiæ autem, que in prædictis viginti quattuor dominicis leguntur, sunt hæ :

Regum, quæ inchoatur in dominica proxima post octavam Corporis Christi. Et legitur octo dominicis, usque ad festum Sanctorum Abdon et Sennen martyrum, hoc est usque ad tricesimum diem mensis Iulii. Quando autem infra hoc tempus, non occurrunt tot dominicæ, de illis que supersunt, fit officium diebus infra hebdomadam, eo ordine, qui supra post octavam Epiphaniæ descriptus est.

Sapientiæ, quæ imponitur dominica post prædictum festum sanctorum Abdon et Sennen, et legitur per quattuor dominicas.

Iob, que inchoatur dominica post festum Sancti Augustini. Et quando littera Dominicalis est « B » in eodem festo. Legiturque per duas dominicas.

Tobiæ, quæ legitur in unica dominica, post festum Sanctorum Prothi et Hiacinti martyrum occurrenti, aut dum littera dominicalis est « B » in eodem festo.

Iudith, quæ eam solam dominicam sibi vendicat, quæ sequitur festum Sancti Lamberti episcopi et martyris.

Cæterum dominica quæ post Iudith prima occurrit, vocatur Hester vacans, nec habet propriam historiam, sed fit officium in ea de Sancta Trinitate, vel de Sancto Spiritu.

Sequitur historia Machabeorum, quam incipimus in dominica proxima post festum Sancti Remigii episcopi ac confessoris et legimus per quattuor dominicas.

Ultima est historia Ezechielis, quæ imponitur dominica, que cadit in primam diem novembris, aut quæ est proximior eidem primæ diei. Ita ut si prima dies novembris feria secunda, vel tertia vel quarta fuerit. Dominica in qua liber Ezechielis debet incipi, est illa quæ præcedit primam diem novembris. Si autem prima dies erit feria quin-

Megjegyzés [kgv24]: a
forrásban így : litera

Megjegyzés [kgv25]: a
forrásban így : Sin

N

ta, vel sexta vel sabbatum, sequenti dominica inchoabitur.

Notandum est tamen, quoa dum prædicta historia Ezechielis, iuxta hanc rubricam cadit in primam diem Novembris, ob festum Omnium Sanctorum anticipatur in dominica præcedenti. Et officium illius dominicæ recipitur aliqua die hebdomadæ superioris. Duplici aut semiduplici festo non impedita. Idem est agendum etiam cum historia Iob, quando in eandem dominicam cadit cum festo dedicationis huius Ecclesiæ Tirnaviensis, quæ nunc vices gerit Strigoniensis Metropolitanæ Ecclesiæ. Et cum historia Sapientiæ, si coincidat cum festo Transfigurationes Domini.

Notandum præterea, quod omnia alia festa (qualicumque illa sint) quæ incidunt in dominicas novarum historiarum, transferuntur, et dominicæ ipsæ in suo loco tenentur.

Quando autem in dominicas simplices, incidunt festa duplicia quæ a populo coluntur, tunc dominicæ ipsæ reiiciuntur in alios dies hebdomadæ, et in iisdem

dominicis fit officium de huiusmodi festis. Sed duplicia quæ populus non colit, semiduplicia et simplicia cedunt etiam simplicibus dominicis.

In dominicis infra octavam alicuius duplicis festi occurrentibus, fit officium de iisdem dominicis cum commemoratione octavæ in utrisque vesperis et laudibus per suffragium, in missa autem per totam solam orationem. Hoc tamen observato, quod si octava erit festi beatæ Mariæ Virginis, omissis prædictis suffragiis in utrisque vesperis, de octavæ agentur loco [cottidianarum] horarum eiusdem Virginis, cum psalmis in iisdem horis dicti solitis.

Megjegyzés [kgv26]: a forrásban így : quotidianarum

N 2

Si octava alicuius festi duplicis, de qua fit integrum officium etiam diebus infra octavam, venit in dominica simplici, agitur de octava, et dominica recipitur alio die sequentis hebdomadæ. Verum de octava festi, de qua diebus infra octavam fit tantum commemoratio, ut est octava Sancti Martini Episcopi non dicitur officium in dominica, sed tunc quoque commemoratio debet de ea fieri, in utrisque vesperis per suffragium, in missa autem per solam orationem.

DOMINICA PRIMA

Hæc dominica semper est ea, que octavam Corporis Christi sequitur.

In primis vesperis antiphona Benedictus, psalmus idem cum ceteris antiphonis et psalmis sabbati de psalterio. Capitulum, responsorium (Dominus qui eripuit me), antiphona ad Magnificat et oratio propria. Hymnus O pater sancte. Versiculus Vespertina oratio. Suffragia de Sancta Trinitate Spes nostra. De Sancta Cruce Gloriandum nobis est dilectissimi. De beata Virgine Ave mater misericordiæ. De Sanctis [Apostolis] Petro et Paulo Gloriosi principes terræ. De Sancto Adalberto Gloria Christo Domino. De Sancto Stephano rege Ave beatæ rex Stephanæ.

Megjegyzés [kgv27]: forrásban itt nincsen kiírva, alább viszont, laudesben szerepel.

De Sancto Ladislao Fons æternæ pietatis. De Sancto Emerico Ave flos nobilium. De omnibus sanctis Omnes electi Dei. Pro pace Da pacem. Benedicamus Domino: dominicale in æstate.

In completorio psalmi incipiuntur nulla antiphona pæmissa, et in fine psalmodum repetitur semel « Alleluia ». Benedicamus: feriale minus. Alia omnia ut in psalterio.

In matutino, invitatorium, antiphonæ, psalmi et versiculi nocturnorum de dominica, sicut habentur in psalterio. Lectiones et responsoria propria. Ad laudes, antiphonæ, psalmi, hymnus, versiculus de psalterio. Capitulum, antiphona ad Benedictus et oratio propria. Suffragia de Sancta Trinitate Te invocamus. De Sanctis Apostolis Petro et Paulo Petrus apostolus. De Sancto Adalberto Angelicis manibus.

De omnibus sanctis Omnes sancti Dei. Pro pace Da pacem. Benedicamus ut in vespere. Ad primam omnia ut in psalterio.

Ad tertiam, sextam, nonam, capitula et orationes propriae, alia similiter ut in psalterio. Hymni ad horas canuntur sub iisdem notis, sub quibus cantatur hymnus Te lucis ante terminum in completorio. Et concluduntur versu Deo Patri sit gloria.

Ante missam ad aspersionem aquae benedictae Asperges me cum notis dominicalibus. Versiculus: Ostende nobis Domine. Oratio Praesta nobis quaesumus Domine, per hanc sanctificatae aque aspersionem. In processione cantatur antiphona Oremus dilectissimi nobis. In loco stationis, suffragium de beata Virgine Sancta Dei genitrix. Et de sancto cuius honorem locus ille dedicatus est. In reversione antiphona Salvator mundi vel hymnus O Pater sancte.

In missa Kyrie, Credo, Sanctus dominicale de aestate. Oratio prima de dominica, secunda de Sancta Trinitate, tertia de beata Virgine. Prosa Veni Sancte Spiritus. Praefatio de Sancta Trinitate, alia propria ut in libro.

In secundis vespere antiphonae et psalmi de dominica ex psalterio. Ca-

N 4

pitulum Dominus autem dirigat. Responsorium Quam magnificata sunt. Hymnus Lucis Creator. Versiculus Dirigatur Domine. Oratio propria. Suffragia et hodie et et diebus sequentibus dicenda sunt eo ordine, qui est supra descriptus. Ubi agitur de feriis post octavam Epiphaniae Domini.

In completorio hymnus ad notas Lucis Creator. Conclusio Deo Patri.

Hoc ordine peragitur divinum officium in aliis quoque dominicis, usque ad Adventum Domini exclusive. Nisi quod a dominica vigesima prima deinceps, in primis vespere nulla fiunt suffragia. Necque in secundis vespere alia, sed tantum de sancto, de quo sequenti die agitur. In matutino autem invitatorium Laudabilem virum.

In missa sola diei oratio et praefatio cottidiana, In secundis autem vespere responsorium Laudabilis populus dicitur. Item, in omnibus dominicis simplicibus, hoc est, in quibus non incipitur nova historia, prosa Omnes una celebremus.

DE FERIIS HUIUS TEMPORIS

Quando diebus ferialibus recipitur aliqua dominica, **ad matutinum** invitatorium, antiphonae, psalmi et versiculus feriae illius diei, de psalterio. Lectiones de homilia dominicae. Responsoria tria, de eadem dominica. Te Deum laudamus non dicitur. Ad laudes antiphonae, psalmi, hymnus, versiculus feriales. Capitulum, antiphona ad Benedictus, oratio de Dominica, suffragia consueta. Benedicamus feriale.

N 5

Ad primam omnia de feria, prout in psalterio.

Ad tertiam, sextam, nonam, capitula et oratio de Dominica, alia de feria, eo ordine qui habetur in psalterio. Hymni horarum et completorii, caunatur cum notis ferialibus et concluduntur versu Præsta Pater piissime.

In missa, Kyrie et Sanctus feriale prout in æstate. Prima oratio de dominica, secunda de beata Virgine, tertia pro peccatis aut pro pace, aut pro alia necessitate. Gloria in excelsis, Credo et Prosa non dicitur. « Alleluia » dicitur, et ultimo repetitur cum omnibus notis. Præfatio cottidiana ferialiter. Loco « Ite missa est » Benedicamus feriale. Alia omnia de dominica, sed cum cantu feriali.

Vesperæ, de dominica ferialiter recepta non dicuntur, si cras officium fiet de festo. Si autem sequitur feria dicuntur antiphonæ, psalmi, hymnus, versiculus feriales de psalterio. Capitulum Dominus autem dirigat. Responsorium non dicitur. Antiphona ad Magnificat et oratio de dominica. Benedicamus feriale, suffragia consueta.

Quando autem tenetur simpliciter de feria, non recipiendo dominicam translata, ad matutinum lectiones propriæ illius feriæ. Responsorialia, et ad laudes oratio de dominica præcedenti. Reliqua omnia de feria, prout habentur in psalterio.

Ad primam, tertiam, sextam, nonam, alia omnia ferialia de psalterio, sola oratio de dominica.

In missa omnia de dominica, eo ordine ut proxime notatum est. Excepto Alleluia, quod non dicitur.

De vesperis idem tenendum, quod paulo ante annotavimus.

DE QUATTUOR TEMPORIBUS MENSIS SEPTEMBRIS

Quattuor tempora celebrantur feria quarta, sexta et sabbato, post festum Exaltationis Sanctæ Crucis. In quibus officium fit prout in feriis, servatis iis quæ hic propria habentur. De precibus et orationibus ante prophetias, item, si festum aut vigilia beati Mathæi evangelistæ in quattuor temporibus adventus, ac festo et vigilia sancti Thomæ diximus.

FESTUM DEDICATIONIS ECCLESIE

Hoc festum Strigonii celebrabatur dominica post festum sancti Martini. Tirnaviæ, ubi nunc ecclesiæ Strigoniensi exulat, celebratur dominica proxima post festum sancti Bartholomei apostoli.

In primis vesperis, Benedicamus Domino Magnæ Deus.

In completorio, antiphona ad Nunc dimittis Pax æterna. Alia ut in psalterio.

In missa, ad aspersionem [aquæ] Asperges me. Versus Ostende nobis. Oratio Præsta nobis. In processione responsum Benedic Domine. Kyrie Magnæ Deus, oratio sola. Patrem maius sollemne. Præfatio cottidiana. Santus Angelicus.

Megjegyzés [kgv28]: 107. lap.
«benedictæ» hiányzik a forrásból

Alia omnia tam in diurno quam in nocturno officio, ut in libro. Hymni horarum cantantur et concluduntur sicut in dominicali officio.

Infra octavam et in octava omnia ut infesto. Kyrie Cunctipotens, Sanctus sollemnis. In matutino repetuntur lectiones festi.

Si in octava huius festi venerit nova historia, officium dicitur de dominica, de octava autem in vesperis ac laudibus suffragium et in missa commemoratio fit per orationem. Si autem in festo, servandus erit ordo, supra in rubrica de dominicis post octavas Pentecostes, descriptus.

ORDINARIUM OFFICII DIVINI DE SANCTIS

VIGILIA SANCTI ANDREÆ

Si hæc vigilia extra Adventum venerit, ad matutinum invitatorium, antiphonæ, psalmi, versiculis feriales de psalterio, lectiones propriæ, responsoria de dominica præcedenti. **Ad laudes**, antiphonæ ad psalmos et Benedictus, psalmi, hymnus, versiculus et Benedicamus Domino, feriales. Oratio propria cum oratione de sancto Saturnino sub una conclusione. Suffragia de dominica, et alia consueta.

Ad horas capitula et oratio propria, alia de feria ut in psalterio.

In missa Kyrie, Sanctus, et loco *Ite missa est* Benedicamus, ferialia ut in æstate. Gloria in excelsis et Credo non dicitur. Oratio prima diei, secunda de sancto Saturnino, tertia de dominica. Alia ut in libro.

Quando autem vigilia hæc in Adventu Domini venit, tunc **ad matutinum**, invitatorium, et versiculi feriales de adventu. Responsorium de dominica prima adventus. **Ad laudes**, hymnus, versiculus, antiphona ad Benedictus similiter feriales de adventu. Suffragia de beata Virgine Ave Maria, versus Spiritus Sanctus superveniet in te. De omnibus sanctis Ecce Dominus veniet, versus Ibunt sancti.

Ad horas hymni canuntur cum notis Verbum supernum prodiens. **Ad tertiam, sextam, nonam**, antiphonæ, responsoria et versiculi feriales prout in Adventu. Alia omnia ut supra.

FESTUM SANCTI ANDREÆ APOSTOLI

In festo sancti Andreæ, hymni ad utrasque vespas et laudes, responsoria ad horas, versiculi ad nocturnos, laudes et horas, item Kyrie, Præfatio et Sanctus in missa, ex communi de Apostolis. Alia ut in libro. Psalmi ad primas vespas, tam in hoc, quam in aliis omnibus festis, ubi aliter non reperitur ordinatum Laudate pueri, Laudate Dominum omnes gentes, Lauda anima mea Dominum, Laudate Dominum quoniam bonus est, Laudate Ierusalem Dominum.

Notandum, quod infra octavam sancti Andree, fit officium de feriis et festis occurrentibus, de octava autem suffragium in fine Laudum per antiphonam Concede nobis et cetera. Et in vesperis per antiphonam Cum pervenisset beatus Andreas et cetera. Ac in missa commemoratio per solam orationem que erit tertia in ordine.

FESTA MENSIS DECEMBRIS

IN FESTO SANCTE BARBARÆ VIRGINIS ET MARTYRIS, in primis vesperis capitulum Qui gloriatur ; oratio propria. Alia de communi virginum.

In matutino lectiones primi et secundi nocturni propriæ. Homilia super evangelio Simile est regnum cœlorum decem virginibus. Ad laudes capitulum ut in vesperis, oratio propria. Alia de eodem communi virginum. Suffragia de feria, sancto Andrea et omnibus sanctis.

In horis præter orationem propriam, omnia de virginibus.

In missa introitus Loquebar. Oratio Indulgentiam nobis, secunda de dominica, tertia de sancto Andrea, epistola Qui gloriatur. Graduale Specie tua. Alleluia Egregia sponsa Christi. Prosa Exsultent filiæ Sion. Offertorium Offerentur. Præfatio cottidiana. Communio Diffusa est.

In secundis vesperis antiphonæ de laudibus et alia omnia de virginibus, excepta oratione propria. Suffragia de feria, octava sancti Andree et omnibus sanctis.

IN FESTO SANCTI NICOLAI EPISCOPI ET CONFESSORIS. Omnia ut in libro, Kyrie et Benedicamus Magnæ Deus, et Credo dicitur in hac Tirnaviensi Ecclesia, quia est eius patronus. In aliis ecclesiis Kyrie et Benedicamus Cunctipotens, ac Credo non dicitur.

Si hoc festum venerit in sabbato, secundæ vesperæ de eo perficiuntur post nonam, et hora consueta dicuntur primæ vesperæ de dominica. Si feria secunda, tunc secundæ vesperæ dominicæ prout dicuntur, et deinde primæ vesperæ fiunt de festo. Suffragia utroque modo in secundis vesperis complentur. Quod de aliis quoque duplicibus et se-

O 2

miduplicibus festis in Adventu observandum est.

IN OCTAVA SANCTI ANDREÆ præter orationem et lectiones primi ac secundi nocturni, quas octava habet proprias, omnia ut in festo.

IN FESTO CONCEPTIONIS SANCTE MARIE DOMINÆ NOSTRÆ oratio propria. Lectiones primi et secundi nocturni propriæ es secundo huius festi officio ; tertii

autem nocturni, ex primo officio ; ut in breviario. Alia omnia dicuntur, sicut in festo Nativitatis eiusdem ; mutato nomine Nativitatis, in nomen Conceptionis. Privatim qui volet poterit totum officium proprium recitare.

DE SANCTO DAMASO PAPA ET CONFESSORE fit commemoratio per orationem in fine laudum, sub una conclusione cum oratione feriæ. Nihil plus.

IN FESTO SANCTÆ LUCIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS **in primis vespere** capitulum Sapientia vincit. Responsorium Grata facta est. Alia ut in libro. Et quæ propria non habet, ea sumuntur ex communi virginum.

IN VIGILIA SANCTI THOMÆ servatur idem ordo, qui in vigilia sancti Andreae in adventu descriptus est. Quæ (aut etiam ipsius festum) si in quattuor temporibus venerit, quid agendum fit, vide in rubrica eorundem Quattuor temporum. Capitulum in laudibus et per horas Beatus qui inventus est sine macula. Et cetera. Homilia et Evangelium in missa Hæc mando vobis. Oratio de communi Concede nobis quæsumus.

IN FESTO SANCTI THOMÆ APOSTOLI **in missa** introitus Mihi autem, graduale Nimis honorati. Alleluia Non vos me elegistis. Offertorium In omnem terram. Commune Mitte manum tuam.

O 3

Ex officio dominicæ Quasimodo. Alia ut in libro. Et quæ propria non habet, sumuntur ex communi apostolorum.

FESTA IANUARI

Nota, quod in festis simplicibus et semiduplicibus, ubi aliqua alia commemoratio non est facienda, in missa prima oratio de festo, secunda de dominica, tertia de beata Virgine. Quando autem commemorationem facere debemus, tunc oratio, per quam illa fit, obtinet tertium locum.

DE SANCTO PAULO PRIMO HEREMITA, fit suffragium **in vespere** octavæ Epiphaniæ, præcedenti quidem die, per antiphonam Iste homo, versus Amavit cum. Ipso vero die quo cadit, per antiphonam Similabo eum, versus Iustum deduxit. **In laudibus** autem, per antiphonam Euge serve bone. Versus Os iusti, orationemque propriam. Item **in missa** dicitur eius oratio post orationem octavæ, sub una conclusione.

IN FESTO FELICIS PRESBITERI MARTYRIS, capitulum et epistola Beatus vir qui suffert. Homilia et evangelium Si quis vult venire post me. **In missa** introitus Os iusti. Oratio propria, de dominica præcedenti, et de beata Virgine. Graduale Iuravit Dominus. Alleluia Lætabitur iustus. Prosa Anno hominis et præfatio de Epiphania usque ad sequentem dominicam. Offertorium Gloria et honore. Communio Posusti domine. Alia ut in libro, et defectum proprii supplet commune de uno martyre. Suffragia post octavam Epiphaniæ usque ad dominicam sequentem, de dominica præcedenti, et **in vesperis** de sancto de quo cras fiet

O 4

officium, si primæ vespere non sunt de eo dicendæ.

MAURI ABBATIS **in missa** introitus Os iusti. Epistola Dilectus Deo. Graduale Domini prævenisti. Alleluia Amavit hunc sanctum. Offertorium Veritas mea. Communio Fidelis servus et prudens. Alia partim propria ut in libro, partim de communi.

MARCELLI PAPÆ ET MARTYRIS. Omnia ut in libro. Alleluia Iuravit Dominus. Et quæ in proprio desunt, sumuntur ex communi.

IN FESTO SANCTI ANTHONII ABBATIS CONFESSORIS **in horis diurnis set nocturnis** omnia de communi simplicis confessoris, præter ea quæ habet propria. In missa, ut in die Mauri abbatis.

PRISCÆ VIRGINIS ET MARTYRIS, ut in libro. Alleluia Audi filia vel tractus Qui seminat. Ex communi virginum accipiuntur, que propria non habet.

MARI, MARTHE, AUDIFAX ET ABACUM MARTYRUM **in missa** introitus Sapientiam sanctorum. Graduale Iustorum animæ. Alleluia Hæc est vera fraternitas vel tractus Qui seminat, Offertorium Lætamini in Domino. Communio Iustorum animæ. Alia partim propria, partim de communi martyrum.

IN FESTO SANCTORUM FABIANI ET SEBASTIANI MARTYRUM **in missa** Alleluia Fulgebunt iusti, vel tractus Qui seminant lacrimis. Reliqua dicuntur, prout in libris habentur ordine descripta.

DE SANCTA AGNETE VIRGINE ET MARTYRE **in missa** Alleluia Amo Chistum, Prosa Laus regi gloriæ vel Tractus Qui seminat. Alia vide in libris.

IN FESTO SANCTI VINCETHI MARTYRIS **in missa**, Alleluia Iustus ut palma florebit, Prosa Martyris egregii. Vel tra-

O 5

ctus Beatus vir qui timet. Alia ut in libris.

DE SANCTA **EMERENTIA** VIRGINE omnia dicuntur de communi virginum, præter orationem propriam. **In missa** introitus Cognovi Domine. Epistola Qui gloriatur. Graduale Adiuuabit eam. Alleluia Diffusa est gratia. Vel Tractus, Qui seminant. Evangelium Simile est regnum cælorum decem virginibus. Offertorium Offerentur regi. Communio Quinque prudentes.

Megjegyzés [kgy29]: 3. lap a kalendárium szerint : Emerentianæ virginis et martyris

THIMOTHEI EPISCOPI ET MARTYRIS **totum officium** de communi unius martyris. **In missa** introitus Gloria et honore. Oratio Deus qui nos beati et cetera. Epistola Nemo militans Deo. Graduale Iuravit Dominus. Alleluia Posuisti Domine, vel tractus Beatus vir. Evangelium Si quis vult post me venire. Offertorium Desiderium animæ. Communio Qui mihi ministrat.

IN FESTO CONVERSIONIS SANCTI PAULI **totum officium** prout habetur in libris. **In missa** introitus et cetera quemadmodum in eius commemoratione. **In secundis vesperis**, antiphonæ ad psalmos de laudibus.

DE SANCTO POLICARPO EPISCOPO ET MARTYRE fit officium ut supra de sancto Timotheo.

IULIANI EPISCOPI ET CONFESSORIS. Oratio et lectiones **primi et secundi nocturni** propriæ. **In missa** introitus Sacerdotes tui Domine. Epistola Omnis pontifex. Graduale Inveni David. Alleluia Iuravit Dominus. Vel tractus Beatus vir. Offertorium Veritas mea, communio Domine quinque talenta. Reliqua ut in communi.

AGNETIS SECUNDO, præter orationem et lectiones **primi ac secundi nocturni** quæ habentur propriæ huius festi, omnia ut in primo eius festo.

DE SANCTO VALERIO EPISCOPO ET CONFESSORE, omnia de communi. **Missa** dicitur, ut supra de sancto Iuliano.

ALDEGUNDIS VIRGINIS. **In missa**, introitus Loquebar. Oratio Exaudi nos. Omisso nomine martyris. Epistola Qui gloriatur. Graduale Specie tua. Alleluia Egregia sponsa, vel tractus Audi filia. Evangelium Simile est regnum cælorum thesauro. Offertorium Diffusa est. Communio Simile est regnum. Reliqua etiam omnia de communi.

FESTA FEBRUARI

DE SANCTA BRIGIDA VIRGINE, oratio propria. Alia de communi, ut in die sanctæ Aldegundis.

IN FESTO PURIFICATIONIS SANCTÆ MARIE. **Ante missam**, ad aspersionem aquæ benedictæ Asperges me et cetera. Oratio propria. Qua finita cantatur responsorium Gaude Maria. Et descendit processio recte, nullum faciens circuitum ad locum in quo candelæ sunt benedicendæ. Ubi post finem responsorium officians dicit versum Post partum et orationem Famulorum tuorum, benedicunturque candelæ, ordine qui in missali descriptus est. Completa benedictione incipitur hymnus Lux mundi. Et dum is cantatur, facto circuitu intus in templo, revertitur processio ad chorum, officians ante altare, dicit versiculum, responsum accepit. Orationem Da quæsumus Domine populo tuo. Et mox incipitur missa, fitque totum officium diurnum et nocturnum, sicut habetis in libris. In secundum vesperis dum cantatur responsorium Verbum caro, domini capitulares stant extra stallum in choro, tenentes in manibus lucernas ardentis. Et loco Benedicamus Domino, cantatur Puer natus, sicut in die Nativitatis Domini. Verum, omittitur in fine «Alleluia», quando hoc festum cadit in Septuagesima.

IN FESTO BLASII EPISCOPI ET MARTYRIS, præter orationem et lectiones primi ac secundi nocturni, quas habet proprias, omnia de communi.

DE SANCTA AGATHA VIRGINE ET MARTYRE, habes omnia suo ordine in libro descripta.

DE SANCTA DOROTHEA, tota historia ut in libro. Missa sunt de sancta Agatha virgine, sed oratio propria.

PRO FESTO SANCTÆ HELENÆ, habes propriam historiam in breviario. Sed in choro, in primis vesperis, antiphona Veni electa. Capitulum Mulierem fortem. Responsorium Regnum mundi. Hymnus Huius obtentu Deus alme et cetera. Versiculus Specie tua, antiphona ad Magnificat Simile est regnum cælorum sagenæ missæ. Oratio propria.

Ad matutinum, invitorium, antiphonæ nocturnorum. Versiculi et responsoria, sicut in festo sanctæ [Elisabeth], excepto responsorio Cæco nato et cetera quod sextum est in ordine. Cuius loco dicitur Dilexisti [iustitiam], de communi virginum.

Megjegyzés [kgy30]: 116. lap
forrás : Elizabet

Megjegyzés [kgy31]: 116.
lap : forrás : iusticiam

Lectiones propriæ. Homilia Simile est regnum cælorum thesauro. In laudibus, antiphonæ ad psalmos et Benedictus, ex eodem officio sanctæ Elisabeth. Capitulum ut supra. Hymnus Huius obtentu. Oratio propria.

In missa, omnia ut in die sanctæ Elisabeth. Oratio saltem propria, quam habes in missali in mense maio ante festum sancti Urbani.

In secundis quoque vesperis præter orationem propriam et hymnum Huius obtentu, omnia de historia sanctæ Elisabeth. Sed mutato semper nomine Elisabeth, in nomen Helenæ.

DE SANCTA APOLLONIA, antiphona pro suffragio **in secundis vesperis** diei præcedentis, et oratio propria. Alia de communi. **In missa** introitus Cognovi Domine. Epistola Domine Deus meus. Graduale Aduvabit eam. Tractus Qui seminant. Evangelium Simile est regnum cælorum decem virginibus. Offertorium Diffusa est. Communio Confundantur superbi.

IN DIE SANCTÆ SCHOLASTICÆ VIRGINIS, **in primis vesperis** antiphona ad Magnificat et oratio propria. **In matutino** lectiones propriæ. Homilia Simile est decem virginibus. Alia de communi.

Megjegyzés [kg32]: 117. lap.
Scholastica : A forrásból hiányzik :
regnum cælorum

IN FESTO SANCTI VALENTINI MARTYRIS. Oratio et lectiones propriæ. Alia de communi.

IULIANÆ VIRGINIS, totum officium de communi, præter orationem et lectiones proprias. **In missa** introitus Loquebar. Oratio propria. Epistola Sapientia vincit. Graduale Specie tua. Tractus Audi filia. Evangelium Simile est decem virginibus. Offertorium Diffusa. Communio Quinque prudentes.

Megjegyzés [kg33]: 117. lap
Iuliana : A forrásból hiányzik :
regnum cælorum

IN FESTO CATHEDRÆ SANCTI PETRI APOSTOLI, præter ea que hoc festum in libro habet propria, omnia alia ut infra in festo sanctorum Petri et Pauli.

IN VIGILIA SANCTI MATTHIÆ APOSTOLI. Si est Quadragesima, fit officium de feria, cum commemoratione vigiliæ per orationem in fine laudum et in missa. Si vero extra Quadragesimam, homilia Hæc mando vobis, responsoria de præce-

denti dominica. Capitulum Benedictus Deus. Alia eodem ordine fiunt, ut in vigilia sancti Andreae extra Adventum, sed **in missa** secunda oratio, de dominica, tertia pro pace.

IN FESTO SANCTI MATTHIE APOSTOLI, que propria non habentur, ea sumuntur ex communi apostolorum. **In primis vespere**, fit suffragium de sancto Gerardo. **In missa** introitus Mihi autem. Oratio de die et sancto Gerardo, sub una conclusione. Graduale Nimis honorati. Tractus Desiderium animæ. Offertorium In omnem terram. Communio Vos qui secuti estis.

FESTA MARTII

DE SANCTO THOMA AQUINATE CONFESSORE. Oratio propria. Alia de communi confessoris non pontificis. **In missa**, introitus In medio ecclesie. Graduale Os iusti. Tractus Beatus vir. Credo dicitur. Offertorium Veritas mea. Communio Beatus servus.

IN FESTO SANCTI GREGORII PAPÆ CONFESSORIS. Habes omnia suo ordine in libris. Credo dicitur, quia est doctor ecclesie.

DE SANCTO BENEDICTO ABBATE, ut in libris. Et quæ propria non habet, mutatur ex communi confessoris non pontificis.

PRO FESTO ANNUNCIATIONIS MARIE, habes totum officium in libris. **In completorio** tam post primas quam post secundas vespere, psalmi incipiuntur, sine antiphona. Quibus finitis, repetitur « Laus tibi Domine » cum notis huic diei propriis, quæ habentur in fine antiphonarii. Hymnus Lux mundi, qui incipitur in organo. Responsorium non dicitur. Capitulum Ecce virgo concipi-

P 2

piet. Versus Emitte Agnum. Antiphona Dilectus meus. Nunc dimittis incipitur, et eo finito antiphona quoque repetitur in organo. Oratio Gratiam tuam. Et Deus qui illuminas. Benedicamus de beata Virgine.

Ad horas antiphonæ de laudibus. Hymni ad notas O gloriosa Domina. Conclusio Maria mater gratiæ. Et Gloria tibi Domine qui natus es. **Ad primam** capitulum Ecce virgo concipiet. Responsorium Iesu Christe versus Qui natus es de virgine Maria. Versiculus Audi filia. Oratio Gratiam tuam. Et Domine Deus omnipotens et cetera.

Ad tertiam responsorium Egredietur virgo de radice Iesse. **Ad sextam** responsorium Egredietur Dominus de loco sancto suo. **Ad nonam** responsorium Ex Sion species decoris eius. Versus Emitte Agnum Domine et cetera.

FESTA APRILIS

IN FESTO SANCTI AMBROSII EPISCOPI ET ECCLESIE DOCTORIS. Præter ea quæ propria habet, historia ex communi confessoris pontificis. **In missa** oratio propria et de feria, sub ina conclusione. Alia ut in festo sancti Thomæ Aquinatis. Et hoc si in Quadragesima venerit. Nam si in Pascha. **In primis vesperis** antiphona Pax vobis. Capitulum omne gaudium. Responsorium De ore prudentis. Ad Magnificat antiphona Beatus vir qui inventus est. Oratio propria. Benedicamus Magnæ Deus cum Alleluia. In omnibus festis duplicibus post Pascha. **In matutino**, invitatorium Alleluia Regem confessorum. Antiphona Tristitia vestra. Psalmi Beatus vir, Quare fremuerunt, Domine quid multiplicati. Versiculus Ama-

P 3

vit, homilia Ego sum vitis vera et Pater et cetera, responsoria Beatus vir qui metuit, De ore prudentis, Ego sum vitis vera. Versus Non est inventus. **Ad laudes**, antiphonæ Sancti tui Domine florebut. Et cetera. Capitulum Omne gaudium. Hymnus Tu tuo lætos famulos tropheo. Versiculus Os iusti. Antiphona ad Benedictus Vox lætitiæ, oratio propria.

In missa introitus Protexisti me Deus. Kyrie paschale, prosa Victimæ paschali, et præfatio de Resurrectione, in omnibus festis post pascha. Sed in semiduplicibus et simplicibus, post prosam « Christus surrexit » non dicitur, et præfatio canitur cum notis non sollempnibus. Oratio propria, sola. Epistola Omne gaudium, graduale, de præcedenti dominica, (quod servatur etiam in festis aliorum sanctorum, tempore paschali). Alleluia Sancti et iusti. Evangelium Ego sum vitis vera et Pater et cetera. Credo dicitur. Offertorium Confitebuntur cæli. Sanctus sollempnis. Communio Ego sum vitis. **In secundis vesperis** antiphonæ, Sancti tui et cetera. Responsorium Ego sum vitis vera. Suffragium de sancto, de quo cras dicendum est officium. Alia ut in primis vesperis.

IN FESTO LEONIS PAPÆ CONFESSORIS. Omnia ut in die sancti Ambrosii sunt descripta.

Nota quod quando agitur de sanctis post pascha, non dicitur suffragium de Resurrectione, sed de dominica, sancta Cruce, sanctis apostolis Petro et Paulo, sancto Adalberto, omnibus sanctis, pro pace.

TIBURTII ET VALERIANI MARTYRUM. Si de eis primæ vesperæ dicendæ sunt, (quod fit dum præcedenti die agitur de feria) antiphona Pax vobis. Capitu-

P 4

lum Stabunt iusti. Responsorium Ego sum vitis. Hymnus Vita sanctorum. Versiculus Lætamini. Antiphona ad Magnificat Stabunt iusti. Oratio propria. Benedicamus de sanctis post Pascha. Quod dicitur in aliis quoque semiduplicibus et simplicibus festis, huius temporis.

In matutino invitorium Regem martyrum. Antiphona **Tristitia** vestra. Psalmi Beatus vir, Quare fremuerunt, Cum invocarem. Versiculus Lætamini. Homilia Ego sum vitis vera. Responsoria Preciosa in conspectu Domini, In servis suis, Lux perpetua. Versiculus Iusti autem in perpetuum vivent. **In laudibus** antiphonæ Sancti tui et cetera. Capitulum Stabunt iusti. Hymnus Tu tuos lætos. Versiculus Iustorum animæ. Antiphona ad Benedictus Vox lætitiæ. **Ad missam** introitus Sancti tui. Oratio, prima de die, secunda de dominica, tertia de omnibus sanctis. Et hic ordo orationum servabitur in officio de sanctis post Pascha, quando plures sunt dicendæ. Epistola Stabunt iusti. Graduale de dominica præcedenti. Alleluia Sancti et iusti. Prosa Victimæ. Evangelium Ego sum vitis vera. Credo non dicitur. Offertorium Confitebuntur, præfatio de Resurrectione, cum notis simplicibus. Sanctus de sanctis tempore paschali. Commemoratio Gaudete iusti. **In secundis vesperis** antiphonæ Sancti tui et cetera. Responsorium Ego sum vitis. Antiphona ad Magnificat Lux perpetua. Alia ut in primis vesperis. Eodem ordine peragitur officium post Pascha, etiam de aliis martyribus, si sunt plures, ubi aliter non repetitur ordinatum. Quod si hoc festum in Quadragesima venerit, præter lectiones primi et secundi nocturni, ac orationem quas habet proprias. Omnia de communi martyrum.

Megjegyzés [kg34]: 1201. a
forrásban : tristitia

P 5

IN FESTO SANCTI ADALBERTI PONTIFICIS ET MARTYRIS, PATRONI ECCLESIE STRIGONIENSIS. Omnia ut habentur in libris ordine suo descripta. **In missa**, ad aspersionem aquæ benedictæ, Vidi aquam cum suo versiculo et oratione. In processione, responsum Exora dilecte Dei. In loco stationis, officians dicit versiculum Ora pro nobis. Et orationem, beati Adalberti, quæ est complenda, in

officio missæ. In reversione canitur hymnus Vita sanctorum. **Secunda vesperæ** post nonam perficiuntur, et hora consueta cantantur primæ vesperæ de sancto Georgio.

Nota, quod si hoc festum cadit infra octavam Pasche, transfertur cum toto suo officio in alium diem, festo duplici aut semiduplici non impeditam. Si autem venerit aliqua dominicarum post octavam, non transfertur, sed tenentur in loco. Ac **in utrisque vesperis et laudibus**, fit suffragium, et **in missa** commemoratio, de officio Resurrectionis, in illis dominicis dici solito. Idem est observandum, etiam de aliis festis duplicibus, quæ a populo coluntur. Duplicia vero quæ a populo non coluntur, semiduplicia et simplicia transferri debent.

DE SANCTO GEORGIO MARTYRE, omnia ut in libris.

DE SANCTO MARCO similiter. Nisi quod post missa fit processio extra civitatem, ad locum in quo segetes benedici debent, hoc ordine. In egressu templi cantatur antiphona Surgite sancti. Deinde hymni Vita sanctorum, Ad cenamagni, usque ad portam civitatis. In porta incipit populus et cantat deinceps, Christus surrexit. Ubi ad segetes perventum fuerit, consistitur, et peragitur benedictio, hoc modo. Primum fiunt suffragia de Resurrectione, beata Virgine, sanctis Petro et Paulo, sancto Adalberto, omnibus sanctis, pro peccatis, pro rege, contra paganos, pro pluvia vel serenitate, pro pace. Deinde cantatur litania. In qua hunc versum « Ut fructus terræ dare, benedicere et conservare digneris » officians ter cantat. Finita litania, præmisso « Dominus vobiscum » et « Oremus », dicitur ab officiante, oratio Pietatem tuam. Deinde canitur Evangelium In principio erat verbum, (versa facie ad orientem.) Et responsum Verbum caro factum est. Postea orationes Benedic Domine, Creator et conservator. Hinc evangelium Recumbentibus undecim discipulis, (versa facie ad meridiem). Responsum Ite in orbem, Oratio Omnipotens sempiterne Deus arbiter throni. Mox evangelium Liber generationis (facie ad occidentem versa). Responsum Felix namque es et oratio Tu Domine petimus. Demum evangelium Fuit in diebus Herodis regis sacerdos quidam, (ad septemtrionem). Responsum Inter natos mulierum, orationes, Domine sancte Pater omnipotens, Deus qui spiritualis, Domine sancte Pater omnipotens æterne, Deus qui cælum. « Dominus vobiscum » et « Benedicamus Domino », sicut in completorio tempore paschali solet cantari. In Reversione populus cantat rursus Christus surrexit. Et intra portam civitatis, chorus incipit et cantat prosas Victimæ paschali et Mundi renovatio ac dum non longe aberunt a templo, Te Deum laudamus. In templo concluduntur præmissa, suffragio de beata Virgine.

Megjegyzés [kgv35]: 122.1 a
forrásban : cœgnam

IN FESTO CLETI ET MARCELLINI MARTYRUM ut supra de sanctis [Tiburtio] et Valeriano. Oratio de communi martyrum.

Megjegyzés [kg36]: 123. l. a forrásban Tiburcio

IN FESTO SANCTO VITALIS MARTYRIS, **ad primas vesperas** (si dicendæ erunt.) Antiphona Pax vobis. Capitulum Omne gaudium. Responsorium Filia Ierusalem, antiphona ad Magnificat Beatus vir qui. **In matutino**, invitatorium Regem martyrum, antiphona Tristitia vestra. Psalmi Beatus vir, Quare fremuerunt, Domine quid multiplicati. Versiculus Gloria et honore. Homilia Ego sum vitis vera. Responsorium Beatus vir, Tristitia vestra, Filia [Ierusalem]. **Ad laudes** Antiphonæ Sancti tui et cetera. Ad Benedictus antiphona Vox lætitiæ. **In missa**, Introitus Protexisti. Oratio propria, de dominica, de omnibus sanctis. Epistola Omne gaudium. Evangelium Ego sum vitis vera. Credo non dicitur. Offertorium Repleti sumus. Communio Ego sum vitis. **In secundis vespereis** antiphona ad Magnificat Iste sanctus. Suffragia ut supra. Alia ut in primis vespereis. Et sic peragitur officium, de quolibet alio uno martyre, post Pascha. Ubi aliter non invenitur ordinatum. Sed quando propria non habetur, sumitur de communi.

Megjegyzés [kg37]: 124. l. forrásban : Hierusalem (máshol Ierusalem volt)

FESTA MAII

IN FESTO SANCTORUM APOSTOLORUM PHILIPPI ET IACOBI, totum officium prout exstat in libris. Kyrie paschale. Præfatio similiter. Prosa Victime paschali.

DE SANCTO ANASTASIO EPISCOPO ET CONFESSORE, ut supra de sancto Ambrosio. Oratio de communi confessoris pontificis.

IN FESTO INVENTIONIS SANCTÆ CRUCIS, omnia ut in libris habentur.

In primis vespereis et laudibus, fit suffragium de sanctis Eventio et Theodolo. **In missa** Credo dicitur.

IN FESTO SANCTI IOANNIS ANTE PORTAM LATINAM. Omnia ut habentur in libris.

IN DIE APPARITIONIS SANCTI MICHAELIS, omnia ex alia eius festo (in fine mensis septembris) sumuntur. Sed ad finem antiphonarum, responsum, versiculorum, introitus, offertorii, communionis adiicitur « alleluia ». Graduale de dominica præcedenti. Benedicamus Magnæ Deus cum alleluia.

STANISLAI EPISCOPI ET MARTYRIS. Ut in de sancto Vitali, oratio propria.

IN FESTIS SANCTI GORDIANI ET EPIMACHI. ITEM NEREI ET ACHILLEI MARTYRUM.
Ut supra de sancti Tiburtio et Valeriano.

DE SANCTO SERVATIO EPISCOPO ET CONFESSORE, sicut de sancto Ambrosio.

BONIFACII MARTYRIS officium quemadmodum in die Vitalis.

DE SANCTA POTENTIANA VIRGINE. **In primis vesperis** (si dicendæ sunt) antiphona Veni electa. Capitulum de virginibus. Oratio propria. **In matutino**, homilia Simile est regnum cælorum decem virginibus. Responsoria primi nocturni, ex communi virginum. **In missa** introitus Dilexisti. Alleluia Egregia sponsa. Offertorium Diffusa. Communio Quinque prudentes. Alia omnia de communi virginum. In fine semper « alleluia ».

DONATIANI ET ROGATIANI MARTYRUM, ut supra Tiburtii et Valeriani.

Nota, quod si aliqua prædictorum festorum, veniant aut transferantur post festum Trinitatis, tunc præterea quæ propria habent, omnia fiant in officio de ipsis, ex communi extra tem-

Q

pus paschale. E converso, si aliqua ex his, quæ sequuntur, celebrarentur tempore paschali, eorum officia peragentur, ordine superius denotato.

IN FESTO URBANI PAPÆ MARTYRIS. Lectiones **primi** et **secundi nocturni** et oratio, propriæ. **In missa**, introitus Sacerdotes Dei. Graduale Iuravit Dominus. Alleluia Lætabitur iustus. Offertorium Veritas mea. Communio Fidelis servus. Alia de communi martyris pontificis.

IN FESTIS ELEUTERII, IOANNIS ET **FELICIS** PONTIFICUM MARTIRUM. Omnia de communi unius martyris. **Missa**, ut de sancto Urbano.

Megjegyzés [kgv38]: 126. l. a forrásban Felicis, kalendariumban Felicis

PETRONELLE VIRGINIS. Officium de communi virginum. **In missa**, introitus Vultum tuum. Graduale Speie tua. Alleluia Egregia sponsa. Offertorium Offerentur. Communio Simile est regnum cælorum.

Megjegyzés [kgv39]: 126.l kalendariumban : Petronilla

FESTA IUNII

NICOMEDIS MARTYRIS. **In missa**, introitus In virtute tua. Graduale Posuisti Domine. Alleluia Iustus germinabit. Offertorium Gloria et honore. Communio Magna est gloria. Alia, præter orationem propriam, de communi.

MARCELLINI ET PETRI MARTYRUM. Oratio et lectiones propriæ. Alia de communi. **In missa** introitus Clamaverunt. Graduale: idem. Alleluia Iusti epulentur. Offertorium Lætamini. Communio Iustorum animæ.

PERGENTINI ET LAURENTINI officium, prout Marcellini et Petri.

QUIRINI MARTYRIS, oratio propria. Alia de communi. **In missa** introitus In virtute. Epistola Iustus si morte. Graduale Iustus ut palma. Alleluia Posui-

q 2

sti Domine. Evangelium Si quis venit ad me. Offertorium Desiderium. Communio Qui vult venire post me.

MEDARDI ET GILDARI EPISCOPORUM **CONFESSORUM** præter orationem propriam, omnia de communi.

Megjegyzés [kg40]: 127. l. forrásban : episcopi conf ; kalendarium = « Episcoporum confessorum »

PRIMI ET **FELICIANI** MARTYRUM, oratio et lectiones propriæ, alia de communi.

Megjegyzés [kg41]: 127. l. forrásban Feliciani, kalendarium=feliciani

IN FESTO BARNABÆ APOSTOLI. Lectiones primi et secundi nocturni et oratio propriæ. **In missa** introitus Mihi autem. Graduale Constitues eos. Alleluia Non vos me elegistis. Offertorium In omnem terram. Communio Vos qui **secuti** estis. Credo dicitur. Alia de communi apostolorum.

Megjegyzés [kg42]: 127.l. a forrásban « sequuti »

BASILIDIS ET CIRINI MARTYRUM. Oratio et lectiones propriæ. Alleluia Fulgebunt iusti. Alia omnia de communi martyrum.

IN DIE SANCTI ANTONII DE PADUA CONFESSORIS. Capitulum Dilectus Deo. **In missa** introitus Os iusti. Oratio propria. Epistola Dilectus Deo. Graduale Amavit hunc sanctum. Evangelium Vigilate. Offertorium Veritas mea. Communio Fidelis servus. Alia de communi simplicis confessoris.

BASILII EPISCOPI ET CONFESSORIS. **In missa** introitus Statuit ei. Oratio Da quæsumus omnipotens Deus. Epistola Ecce sacerdos magnus. Graduale Os iusti.

Alleluia Iuravit Dominus. Evangelium Homo quidam peregre. Offertorium In virtute tua. Communio Domine quinque talenta. Cetera de communi confessoris pontificis.

VITI ET MODESTI MARTYRUM. Privatim orans, habet propriam historiam in breviario. In choro, oratio et lectiones propriae, alia de communi. **In missa** introitus Sapientiam sancto-

Q 3

rum. Graduale Gloriosus Deus. Alleluia Hæc est vera fraternitas. Offertorium Lætamini. Communio Posuerunt mortalia.

QUIRICI ET IULITE MARTYRUM. Oratio et lectiones propriae. Alia de communi. **In missa** introitus Iudicant sancti. Epistola Iustorum animæ. Evangelium Cum audieritis prælia. Cetera ut de sanctis Vito et Modesto.

MARCI ET MARCELLIANI MARTYRUM. Oratio et lectiones propriae. Historia de communi. **In missa** introitus Salus autem Iustorum. Epistola Sancti per fidem. Graduale Anima nostra. Alleluia Iusti epulentur. Evangelium Descendens Iesus. Offertorium Mirabilis Deus. Communio Et si coram.

GERVASI ET PROTHASI MARTYRUM. Lectiones et oratio propriae. **In missa** introitus Loquetur Dominus. Epistola Reddet Deus. Evangelium Cum audieritis. Alleluia, ut in Viti et Modesti.

ALBANI MARTYRIS. Oratio et lectiones propriae. **In missa** introitus Iustus ut palma. Epistola Nemo militans Deo. Graduale Iustus non conturbabitur. Alleluia Posuisti Domine. Evangelium Si quis vult venire. Offertorium In virtute. Communio Magna est gloria eius. Alia de communi unius martyris.

IN FESTO DECEM MILIUM MARTYRUM. **In primis vesperis** et **laudibus** fit suffragium ac **in missa**, commemoratio (per orationem de communi) de sancto Paulo episcopo confessore. Historia de communi martyrum. Oratio et lectiones propriae. **In missa** introitus Sapientiam sanctorum. Graduale Gloriosus Deus. Alleluia Fulgebunt iusti. Offertorium Lætamini. Communio Iustorum animæ.

q 4

IN VIGILIA SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ. **Ad matutinum** invitatorium, antiphonæ, psalmi, versiculi feriales, homilia propria. Responsoria de dominica præcedenti. **Ad laudes et horas**, præter capitulum et orationem propriam, omnia de feria.

IN FESTO SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ. Omnia ut in libro. Versiculi **in matutino** et responsoria **in horis** de communi unius martyris. Infra octavam agitur de festis occurrentibus, et de sacto Ioanne fit suffragium vesperarum ac laudum, et commemoratio **in missa** per orationem.

IOANNIS ET PAULI MARTYRUM, ut in libro. Quæ autem propria non habet, ea sumuntur ex communi martyrum.

IN FESTO SANCTI LADISLAI REGIS HUNGARIÆ ET CONFESSORIS. Totum officium ut in libris. Credo dicitur.

IN VIGILIA SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI, tenetur idem ordo, qui in vigilia Ioannis Baptistæ. Servatis iis quæ huius sunt propria.

IN FESTO EORUNDEM APOSTOLORUM, omnia ut in libris. Ad aspersionem aquæ benedictæ Asperges me. Versus In omnem terram. Oratio Exaudi nos Deus est complenda missæ. Ad processionem, responsum Cornelius centurio. **In secundis vesperis** dicto post orationem diei « Amen », statim incipitur responsum Magnus sanctus Paulus, et continuatur cetera de sancto Paulo. Infra octavam, agitur de festis occurrentibus, sed de octava debet fieri suffragium et commemoratio, ita ut de octava sancti Ioannis dictum est.

In commemoratione sancti Pauli, totum officium ut in libris habetur, **in secundis vesperis** fit suffragium etiam de octava sancti Ioannis.

Q 5

FESTA IULII

IN OCTAVA SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ totum officium sicut in eius festo. Exceptis orationibus et lectionibus primi ac secundi nocturni, quas habet proprias. In fine laudum et in missa fit commemoratio de vigilia Visitationis per orationem.

IN FESTO VISITATIONIS SANCTÆ MARIE omnia ut in libro. **In primis vesperis, laudibus et missa** dicitur oratio, de sanctis Processo et Martiniano, sub eadem

conclusionem, cum oratione dici. Versiculis et responsoriis horarum additur « Alleluia ». **In vespere et laudibus** Benedicamus Magnæ Deus cum alleluia, et in completorio prout tempore paschali. Ad aspersionem aquæ benedictæ Asperges me. Versus Fecit mihi magna Dominus alleluia. Oratio Tuæ sanctificationis arcæ. Habetur in officio vigiliæ. Ad processionem, responsum O præclara. Kyrie Patrem, Sanctus de beata Virgine. In ipso festo **ad primam** et **alias horas diei** dicitur hymnus En miranda prodigia. Infra octavam proprii horarum hinc cum notis En miranda et conclusio illorum Salutata mater Domini. Laudemus et nos Dominum. Infra octavam et in octava, totum officium ut in die, præter lectiones primi et secundi nocturni, cuiuslibet diei proprias. De simplicibus festis tunc concurrentibus, fit commemoratio in fine vespere et laudum, ac in missa, per orationem.

IN OCTAVA APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. **Ad primas vespere** antiphonæ Iuravit Dominus et cetera. Capitulum Hi sunt viri misericordiæ. Responsum Fuerunt sine querela. Hymnus Exsultet cælum. Versiculus In omnem terram. Antiphona ad Magnificat Gloriosi princeps terræ. Oratio propria. **In matutino** lectiones propriæ. Alia de communi apostolorum. **In laudibus** antiphona ad Benedictus et oratio propria. Alia similiter de communi. **In horis** quoque præter orationem et capitula Hi sunt viri misericordiæ et cetera. Omnia de communi. **In missa** introitus Sapientiam sanctorum. Graduale Iustorum animæ. Alleluia Hæc est vera fraternitas. Prosa propria, Credo dicitur. Offertorium Exsultabunt sancti. Præfatio de apostolis. Sanctus sollempnis. Communio Iustorum animæ. **In secundis vespere**, omnia ut in primis.

Nota quod officium Visitationis hodie in aliis horis, loco horarum cottidianarum Domine nostræ, recitatur. Sed prima et completorium dicitur tantum de eadem Visitatione.

SEPTEM FRATRUM MARTYRUM. Oratio et lectiones propriæ. Alia de communi.

PII PAPÆ MARTYRIS, de communi unius martyris.

NABORIS ET FELICIS. De communi plurimorum martyrum.

IN FESTO SANCTÆ MARGARITÆ VIRGINIS ET MARTYRIS. Totum officium ut in libris. Et quæ propria non habet, petuntur ex communi.

BONAVENTURÆ EPISCOPI ET CONFESSORIS. Omnia de communi. **In missa** introitus Os iusti. Oratio Da quæsumus. Epistola Plures facti sunt. Graduale Ecce

sacerdos. Alleluia Elegit te Dominus. Evangelium Homo quidam nobilis. Offertorium Veritas mea. Communio Fidelis servus.

DIVISIO APOSTOLORUM. **In primis vesperis** responsorium Ite in orbem universum. Antiphona ad Magnificat Euntes in mundum. **In missa** graduale Nimis honorati. Alleluia Non vos me elegitis. Prosa propria. **In secundis vesperis** antiphona ad Magnificat Illi nautem profecti. Alia de communi.

ANDREÆ ET BENEDICTI MARTYRUM. Historia propria, et quæ desunt, sumuntur de communi. Alleluia Hæc est vera fraternitas. Et fit commemoratio per orationem, in fine primarum vesperarum et laudum et in missa de sancto Alexio confessore.

SYMPHOROSÆ CUM SEPTEM FILIIS MARTYRUM. ITEM ANACLETI PAPÆ MARTYRIS. Omnia de communi.

PRAXEDIS VIRGINIS. Oratio et lectiones propriæ. Alia de communi.

IN FESTO SANCTÆ MARLE MAGDALENÆ, totum officium proprium. Credo dicitur.

APOLLINARIS MARTYRIS. Oratio et lectiones propriæ, alia de communi.

IN VIGILIA IACOBI APOSTOLI. Servatur ordo, qui supra in aliis vigiliis descriptus est. Cum commemoratione sanctæ Christianæ virginis et martyris.

IN FESTO SANCTI IACOBI APOSTOLI. Oratio propria cum oratione Christophori martyris sub una conclusione. Lectiones propriæ. **In missa** introitus Mihi autem. Graduale Nimis honorati. Alleluia Non vos. Evangelium et prosa propria. Alia de communi apostolorum.

IN FESTO SANCTÆ ANNÆ MATRIS MARLE. Historia propria. **In missa** introitus Gaudeamus. Epistola Mulierem fortem. Graduale Aduvabit eam. Alleluia et prosa propria. Evangelium Simile est regnum cœlorum thesauro. Offertorium Filiæ regum. Communio Dilexisti iustitiam.

SEPTEM FRATRUM DORMIENTIUM. Oratio et lectiones propriæ. Alia de communi, ut supra in die aliorum septem fratrum.

PANTALEONIS MARTYRIS. Oratio et lectiones propriæ. **In missa** introitus In virtute tua. Epistola Nemo militans Deo. Graduale Beatus vir. Alleluia Posuisti. Evangelium

Si quis venit ad me. Offertorium In virtute. Communio Magna est gloria. Alia de communi.

IN FESTO DEPOSITIONIS SANCTI LADISLAI. Oratio propria cum oratione sanctis Felicis et sociorum sub una conclusione. Cetera omnia, ut in alio eius festo.

ABANDON ET SEMEN MARTYRUM. Oratio et lectiones propriæ, reliqua de communi.

GERMANI EPISCOPI CONFESSORIS, præter orationem omnia de communi.

FESTA AUGUSTI

AD VINCULA SANCTI PETRI. Præter ea quæ habet propria, omnia ut in festo apostolorum Petri et Pauli. Hymnus Iam bone pastor et Sit trinitati. **In primis vesperis et laudibus** cum oratione diei sub una conclusione, dicitur oratio Fraternalis. Et fit suffragium de sancto Paulo. **In missa** quoque ter orationes. Prima de die, secunda Fraternalis, tertia de sancto Paulo.

STEPHANI PAPÆ MARTYRIS. Oratio et lectiones propriæ. Alleluia Iuravit Dominus. Alia de communi.

Inventio corporis sancti Stephani protomartyris et sociorum. Privatim dicitur historia propria. In choro, præter lectiones et orationem proprias, alia de communi martyrum. Sed **in**

R

missa excepta oratione, omnia ut in crastino Nativitatis Domini. Credo non dicitur.

IN FESTO SANCTÆ MARIE AD NIVES. Historia propria cum commemoratione sanctis Osvaldi et Dominici. **In missa** introitus Salve sancta. Graduale Benedicta et venerabilis. Alleluia O gloriosa mater Christi. Prosa Ave præclara. Offertorium Ave Maria. Communio Regina mundi. **Secunda vesperæ** post nonam perficiuntur. Et primæ vesperæ hora consueta dicuntur, de Transfiguratione Domini.

IN FESTO TRANSFIGURATIONIS DOMINI, habetur totum officium proprium, in libris. Benedicamus Domino, **in vesperis et laudibus** Magnæ Deus cum alleluia. **In**

completorio, ut tempore paschali. Versiculi quoque et responsoria horarum dicuntur cum alleluia. Kyrie Magnæ Deus, præfatio de sancta Trinitate, vel potius de Epiphania, sine « Communicantes » . **In primis vespere, laudibus et missa**, fit commemoratio de sanctis Sisto et socii per orationem, sub una conclusione cum oratione diei. Ad aspersionem aquæ benedictæ Asperges me. Versiculus Gloriosus apparuisti in conspectu Domini Alleluia. Oratio. prout in complenda missæ. Ad processionem responsorium Dum oraret Iesus. Hodie non dicuntur horæ beatæ Virginis.

Megjegyzés [kg43]: 135. l.
forrás: Sixto

DONATI EPISCOPI MARTYRIS. Oratio et lectiones propriæ. **In missa** introitus Lætabitur. Epistola Beatus vir. Graduale Posuisti. Alleluia Lætabitur. Evangelium Nihil opertum. Offertorium Gloria et honore. Communio Posuisti. Alia de communi.

CYRIACI ET SOCIORUM MARTYRUM. Oratio et lectiones propriæ. **In missa** introitus Time Domine. Epi-

R 2

stola Reddet Deus. Graduale Exsultabunt Sancti. Alleluia Fulgebunt iusti. Evangelium Descendens Iesus. Offertorium Lætamini. Communio Signa eos.

IN VIGILIA SANCTI LAURENTII, servatur idem ordo qui in aliis vigiliis. Oratio propria, cum oratione sancti Romani sub una conclusione. **In missa** omnia prout habentur in libro.

IN FESTO SANCTI LAURENTII. Totum officium proprium. Credo dicitur. Fitque de eo suffragium **in vespere et laudibus**, ac commemoratio **in missa** per totam octavam.

TIBURTII MARTYRIS, antiphona pro suffragio **in secundis vespere** sancti Laurentii, Oratio et lectiones propriæ. Alia de communi.

CLARÆ VIRGINIS oratio propria, de communi. **In missa** introitus Dilexisti iustitiam. Epistola Qui gloriatur. Graduale Adiuvabit. Alleluia Egregia sponsa. Evangelium Simile est regnum cælorum thesauro. Offertorium Diffusa. Commemoratio Quinque prudentes.

DE SANCTIS HIPPOLITO ET SOCIIS MARTYRIBUS. Præter ea quæ propria habentur, omnia de communi. Alleluia Fulgebunt iusti.

IN VIGILIA ASSUMPTIONIS SANCTÆ MARIÆ. **Ad matutinum** invitatorium Regem virginis filium. Antiphonæ et psalmi feriales. Versiculus Specie tua. Lectiones de homilia Loquente Iesu. Responsoria O decus, Cœli regina, Salve nobilis. **Ad laudes** una antiphona Sub tuam protectionem. Psalmi feriales. Capitulum et oratio propria. cum oratione de sancto Eusebio sub una conclusione. Hymnus Quem terra. Versiculus Dignare me laudare. Antiphona ad Benedictus Extollens. Hymni ad notas

R 3

Quem terra, conclusio Maria mater gratiæ, Gloria tibi. Alia ut in libro.

IN FESTO ASSUMPTIONIS EIUSDEM SANCTÆ MARIÆ MATRIS DOMINI NOSTRI. Totum officium proprium. **In primis vesperis** et **laudibus** suffragium, **in missa** vero commemoratio fit per orationem de sancto Stephano rege, eo quod hoc die animam Deo reddidit. Ad aspersionem aquæ benedictæ Asperges me. Versiculus Exaltata es. Oratio Concede quæsumus. Est complenda missæ de vigilia. Ad processionem responsorium Quæ est ista. Infra octavam et in octava lectiones propriæ, reliqua ut in die. **In vesperis** tamen responsoria Super salutem, et quæ est ista, alternis diebus vicissim cantantur.

IN OCTAVA SANCTI LAURENTII, præter illa quæ huius diei propria sunt, omnia ut in eius festo. **Prima** et **completorium** de Assumptione Mariæ dicitur. Alia horæ duplicantur. Hoc est, post horas octavæ, dicuntur horæ beatæ Virginis, de eius Assumptione, cum psalmis in horis cottidianis dici solitis. **In missa** oratio prima de hac octava, secunda de Assumptione sub una conclusione. Credo dicitur. Præfatio quoque de Assumptione.

IN FESTO SANCTI STEPHANI REGIS, omnia dicuntur, prout habentur in eius proprio officio, cum commemoratione sancti Bernardi, per solam orationem. **Prima** et **completorium** de Assumptione. **Alia horæ** duplicantur, ut in octava sancti Laurentii. **In missa**, Kyrie Magnæ Deus, oratio prima huius festi, secunda Assumptionis, tertia sancti Bernardi. Præfatio quoque de eadem Assumptione. Credo dicitur. Infra octavam sancti Stephani, fit de eo suffragium in vesperis et laudibus, et commemoratio in missa.

R 4

IN VIGILIA SANCTI BARTHOLOMÆI APOSTOLI. De communi vigiliæ apostolorum. Et fit commemoratio de sanctis Timotheo et Apollinari per sola orationem, **in laudibus** et **missa**.

IN FESTO EIUSDEM SANCTI BATHOLOMÆI. Oratio et lectiones propriæ. Cum commemoratione sancti [Audoeni] per solam orationem. **In missa** tres orationes. De die, de sancto Stephano, de sancto Audoeno. Evangelium proprium. Alia de communi.

Megjegyzés [kgv44]: 138. l.
forrás : Adteni, a
kalendarium=Audoeni

GENESII MARTYRIS, oratio et lectiones propriæ, alia de communi. **In missa** introitus Iustus non conturbabitur. Graduale Beatus vir. Alleluia Posuisti Domine. Offertorium Desiderium. Communio Qui vult venire.

ZEPHERINI PAPE ET MARTYRIS ut in festo Basilii.

IN OCTAVA SANCTI STEPHANI REGIS, præter lectiones proprias, omnia ut in eius festo. Commemoratione Rufi martyris per solam orationem.

IN FESTO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI CONFESSORIS ET ECCLESIE DOCTORIS. Officium proprium. Et que desunt, petuntur ex communi confessoris pontificis. **In missa** alleluia et prosa propria. Credo dicitur. Et fit commemoratio sancti Hermetis martyris, per solam orationem.

IN FESTO DECOLLATIONIS SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ. Officium partim de proprio, partim de communi unius martyris, prout in libro. **In missa** Alleluia Iustus germinabit. Pros propria. Et fit commemoratio sanctæ Sabinæ per orationem.

FELICIS ET ADAUCTI MARTYRUM. Oratio et lectiones propriæ, alia de communi.

FESTA SEPTEMBRIS

R 5

EGIDIJ ABBATIS. Antiphona ad Magnificat, Oratio et lectiones propriæ. Alia de communi simplicis confessoris. **In missa** Alleluia Amavit hunc sanctum.

IN DEI DEPOSITIONIS SANCTI EMERIGI DUCIS. Historia tota, ut in alio esius festo, mense novembri. **In missa** introitus Os iusti. Graduale Domine praevenisti. Alleluia et prosa propria. Offertorium Veritas. Communio Beatus servus.

ANTONINI MARTYRIS. Oratio propria, alia de communi. **In missa** ut supra de sancto Genesio martyre

MARCELLI MARTYRIS, ET VICTORINI SIMILITER MARTYRIS. Totum officium de communi.

EVUR^{III} EPISCOPI ET CONFESSORIS. Oratio et lectiones propriae. Reliqua de communi. **In missa** introitus Statuit ei. Epistola Omnis pontifex. Graduale Inveni David. Alleluia Iuravit Dominus. Evangelium Homo quidam peregre. Offertorium Veritas. Communio Domine quinque talenta

Megjegyzés [kg45]: 139.
lap. forrás= Eurcii ; kalend=Eurtii,
MStr= Evurcii ; OStr=Evurtii

